



VIII-511. pag. LXI. laminas

---

110

K 0000453316

F.A.061

V.8

ANTONII  
AUGUSTINI

*ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS*

OPERA OMNIA.

*[Faint handwritten text, possibly a library or collection number]*

AUGUSTINI  
OPERA OMNIA  
ARCHIEPISCOPI ARAUCONENSIS  
ANTONII

R. 71852

# ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

## OPERA OMNIA

*Quae multa adhibita diligentia colligi potuerunt.*

### Volumen Octavum

QUO

ANTIQUITATUM ROMANARUM HISPANARUMQUE IN NUMMIS VETERUM DIALOGI HISPANICE,  
ET LATINE EX INTERPRETATIONE ANDREÆ SCHOTTI

DE FAMILIIS ROMANORUM LIBER SINGULARIS

ANT. AUGUSTINI MUSEI ANTIQUIORA NUMISMATA, NUNQUAM ANTEHAC EDITA

DE INSIGNIBUS ET FAMILIIS NOBILITATIS HISPANÆ DIALOGI HISPANO SERMONE

OPUSCULA, ET FRAGMENTA, MAGNAM PARTEM INEDITA

EX CONSILIIS MULTORUM CODICIS INTERPRETATIO. EX BIBLIOTHECA ANT. AUGUSTINI

Continentur.



L U C Æ MDCCLXXIV.

TYPIS JOSEPHI ROCCHII  
CENSORIBUS APPROBANTIBUS.



# AUGUSTINI SERMONIUM

IN THEOPHILUM TARS. COELENZIS

## OPERA OMNIA

Quae in hisce abbatibus diligenter colliguntur

### Voluntate Octavianii

1610

Auctorem hunc nonnulli in hunc modum laudant, quod  
 in hisce sermonebus non solum doctrinam, sed etiam  
 de ratione, de libertate, de iustitia, de pietate, de  
 Antiquitate, de rebus, de moribus, de vita, de  
 Deo, de hominibus, de rebus, de moribus, de vita,  
 de rebus, de moribus, de vita, de rebus, de moribus,  
 de vita, de rebus, de moribus, de vita, de rebus, de moribus,

Compendium



1610 MDCLXIV

TYRIS JOSEPHI ROCCHE  
 SENIORIBUS AP. ROMANIS





## JOSEPHI ROCCHII TYPOGRAPHI

## P R Æ F A T I O.

**I**Nstituentibus nobis omnia ANTONII AUGUSTINI Tarraconensis Pontificis scripta colligere, atque in publicum proferre magna cura, ac sollicitudo, magnusque omnino metus animum, sensusque occupabat. Illud enim etiam atque etiam verebatur, ne forte nobis, qui neque ingenio, neque eruditione satis possemus, tum in Italiae abdita parte, ac prope angulo viveremus, liceret Hispani Homini doctissimi omnia scripta, quæ dispersa essent, atque in Hispaniæ Bibliothecis laterent, reperire atque adipisci; adeo ut nostra hæc editio omnibus suis numeris ac partibus perfecta & absoluta putanda esset. Videbamus enim si pleraque Viri summi scripta, eaque majora ac potiora (quod fortasse non difficile factu fuisset) in nostras pervenissent manus; quædam verò, etsi levioris illa quidem ponderis, nostram sefellissent industriam, multum decoris, multum laudis labori huic nostro defuturum. Enimverò hac molestia omnino liberavit nos eruditorum hominum, imprimisque doctissimi Viri Gregorii Mayansii Siscarii, Nobilis Valentini, summa humanitas, atque liberalitas: Homo enim planè litteratus, quive in ANTONII AUGUSTINI scriptis legendis, pervolvendis, pervestigandis multos annos tantum operæ posuit, ut vix, ac ne vix quidem fieri possit, quidquam esse, quod egregiam ejus diligentiam effugerit, ita mihi in omnibus & consilio, & opera, & ipsis nonnunquam suppeditatis libris præstò semper fuit, ut si ipse ANTONII AUGUSTINI scripta edidisset opus magis absolutum haud potuisset haberi. Norunt certe viri omnes eruditi, novit universa Hispania quid expectandum fuisset ab Mayansio, si optatissimam horum scriptorum editionem ipse proposuisset, parasset, perfecisset. Nostras singulorum voluminum Præfationes legat quis; quanta Mayansius beneficia contulerit in nos, vel potius in rem litterariam facillè cognoscet. Lubenti quidem animo illa nunc omnia ego rursus fumerem, ac pluribus etiam verbis persequerer: Verumtamen ea me deterret cogitatio, ne hominis ineruditi oratio inelegans, eademque non necessaria accidat submolesta legentibus. Illud autem prætermittere non possum antequam de hoc postremo volumine ad dicendum aggredior, eas Notationes, quæ ANTONII AUGUSTINI epistolas latinas superiori volumine comprehensas illustrant, deberi viro insigni Petro Diatio Valerio; Nam quum ego in illius voluminis Præfatione eas Notationes Mayansio attribuerim, monuit me Vir plane modestus non sibi ejusmodi laudem, sed Valerio referendam esse. Aliorum etiam hominum doctissimorum, ac præsertim Gerardi Meermani Roterodamensis [qui dudum extinctus doctrinæ & eruditionis suæ triste nobis desiderium reliquit] auxilia egregiamque in me liberalitatem com-

me-

memorarem ; nisi ( quòd idem alibi scripserim ) jam potius habendas , quam agendas gratias viris clarissimis putarem. Quamobrem his missis veniam ad ea , quæ mihi in præsens dicenda sunt.

Primum itaque hoc volumine continentur ANTONII AUGUSTINI ANTIQUITATUM ROMANARUM HISPANARUMQUE IN NUMMIS VETERUM DIALOGI XI. De his Mayansius fusè egit in suo de AUGUSTINI Vitâ \* Commentario. Eos Dialogos ANTONIUS AUGUSTINUS hispanicè conscripsit , Andreas Schottus Antuerpiensis latinè reddidit. Addidit etiam illis idem Schottus Dialogum Duodecimum , quo de Prisca Religione Diisque Gentium agitur. Ego & hispanicos Dialogos , & latinos typis describendos mihi esse censei , tum Duodecimum Schotti Dialogum adiiciendum. Unâ igitur eâdemque paginâ bifariâ divisâ hispanus , & latinus sermo hîc , & illic conspicitur. Ut autem id fecerim ea ratio mihi fuit , quod hispani ab ipso AUGUSTINO conscripti Dialogi nullo modo prætermitti poterant ; latina autem Schotti interpretatio iis omnibus debebatur , quibus hispaniensis lingua haud innotescit. Exemplari , quoad hispanos , usus sum Madriti edito typis Josephi Francisci Martinetii an. MDCCXLIV. quoad latinos autem usus exemplari sum edito Antuerpiæ typis Henrici Ærtssii an. MDCXVII. Quoniam autem hos Dialogos etiam hetruscè Octavianus Sada reddidit , iisque nonnulla , prout occasio ferebat , adjecit ; ego hetruscam Sadæ interpretationem cum hispanis Dialogis diligenter contuli , eaque omnia , quæ ab illo addita fuisse animadverti , paginis , quibus oportebat , subjeci ; tum pauca quædam , quæ Schottus etiam addiderat , eodem subjeci modo. Nil sane mihi vel gloriæ , vel laudis ex hac describendi diligentia deberi profiteor. Si quid autem gloriolæ industria , & sedulitas nostra aucupari potest , id omne in Nummorum tabulis proferendis reponam. Nam in ea re omnes illos , qui hosce ANTONII AUGUSTINI Dialogos vel hispano sermone , vel latinè ab Schotto , vel hetruscè ab Octaviano Sada redditos typis ediderunt , longè nos vicisse fidenter confirmamus. Nam ea omnia exempla simul diligentissimè contulimus , atque si qua in re unumquodque eorum præcelleret cæteris , id nobis præstandum sumpsimus. Sunt quidem in exemplari hispano , quod editum fuit Madriti , uti dictum supra est , an. MDCCXLIV. perpauci Nummi , iique tantum , qui ad duos spectant Dialogos priores. Latinum autem exemplar nullos habet suos peculiare Nummos ; sed jungitur cum quadam veterum Nummorum serie , quæ ipsis Dialogis haud est referenda ; neque enim illis singillatim responderet. Probatissimum itaque omnium , quoad Nummos , hetruscum est exemplar ; eoque nos usi sumus Romæ edito typis Hieronymi Mainardi an. MDCCXXXVI. quod idem profus est atque illud Romæ editum typis Philippi Rubei an. \* MDCL. Quoniam autem in AUGUSTINI Dialogis ut plurimum unius modò singulorum Nummorum partis ratio habetur , acciderat hætenus , ut in tabulis quoque ea tantum pars appareret ; ut si de adversâ parte sermo fuisset , averfa deesset , ac vicissim si de aversâ ageretur , desideraretur adversa. Id verò eruditus oculis placere non poterat. Itaque singulorum ferè Nummorum vel adversæ , vel aversæ partes conquirendæ fuerunt non sine multâ hominum litteratissimorum , qui meis favere rebus consueverunt , industriâ , diligentia , labore. Excerptæ illæ fuerunt ex Vaillansii , Morelli , Bizii , Spanhemii , & Majeri libris.

Egre-

\* Vol. II.  
Pagg. LVII.  
& seqq.  
XCII.  
seqq.

\* v. Mayansf. Comm.  
de August.  
Vitâ Vol. II.  
Pag. LXI.

Egregiam nobis in ea re navabat operam Carolus Julianus Lucensis, qui & philosophus erat doctissimus, & universam antiquitatem planè callebat. Sed eo magnâ scientiarum, ac litterarum jacturâ vitâ functo laboriosam molestamque provinciam humanissimè suscepit multo ingenio, maximâque eruditione Vir Bernardinus Baronius Patricius Lucensis. Cæterùm ipsi sunt Nummi ita ære expressi, ut non copiâ solùm, adjectisque vel adversis, vel averfis partibus, sed etiam nitore ipso editio hæc nostra reliquis omnibus præstet. Tabulis autem exhibentur omninò LX. quæ in extremò volumine locum habent.

Antiquitatum Dialogos consequitur DE FAMILIIS ROMANORUM LIBER SINGULARIS, quem nos exscripsimus ex eo volumine, quod ita inscribitur: *Familia Romanæ, quæ reperiuntur in Antiquis Numismatibus ab Urbe condita ad tempora Divi Augusti. Ex Bibliotheca Fulvii Ursini, adjunctis familiis XXX. ex libro Antonii Augustini Episcopi Ilerdensis. Romæ cum Privilegio curantibus Heredibus Francisci Tramezini apud Josephum de Angelis MDLXXVII.* Id porro exemplum, illudque, quod habetur in Grævii & Gronovii Thesauro Antiquitatum diligenter invicem contulimus, atque Romanas AUGUSTINI Familias edidimus numero auctas; nam in Ursiniano Volumine sunt XXXVI. in Volumine autem Græviano sunt XLVIII.

Librum de Familiis sequuntur ANTIQUIORA NUMISMATA MUSEI ANTONII AUGUSTINI, quæ descripta apparent in quodam Commentariolo hæcenus nunquam typis edito. Illud ad me misit optimus Mayansius manu quidem scriptum. Erat verò inchoatum modò planèque rude, ut extremam manum omninò desideraret. Itaque illud non sine multo labore Bernardinus Baronius, de quo supra dixi, cum plurimis libris contulit, quibus de Veterum Nummis agitur, confirmatâque singulorum Nummorum verâ imagine inscriptioneque, tum additis, ubi oportebat, vel adversis, vel averfis partibus, quas etiam litteris A. & P. indicavit, Nummis etiam omnibus in series, perfectumque ordinem redactis in commodiorem, atque adeò probatiorem statum restituit.

Postèa habentur DIALOGI DE INSIGNIBUS ET FAMILIIS NOBILITATIS HISPANÆ, quos jampridem Mayansius meus emendavit, typisque edendos curavit, qui etiam de his ipsis Dialogis fusè egit in suo de AUGUSTINI Vitâ \* Commentario. Peculiarem hi Dialogi habent Indicem rerum, quæ in ipsis notari merentur, a Mayansio confectum. Ad horum etiam Dialogorum explicationem pertinent Insignia quædam, quæ ære exprimenda curavi, atque unicâ exhibentur Tabulâ, quæ Nummorum Antiquorum Tabulas consequitur.

\* Vol. II.  
Pagg. CV.  
& seqq.

Inde locum obtinent ANTONII AUGUSTINI OPUSCULA ET FRAGMENTA, de quibus singulis videnda sunt quæ scripsit Mayansius in Commentario de AUGUSTINI Vitâ.

Demùm liber editus a nobis est, qui ita inscribitur: EX CONSILIIS MULTORUM CODICIS INTERPRETATIO. EX BIBLIOTHECA ANTONII AUGUSTINI. Librum hunc non ipse scripsit AUGUSTINUS, sed quidam Columbettus, qui fortè in AUGUSTINI Bibliotheca litteris operam dabat, non tamen sine ipsius AUGUSTINI consilio atque ope. Ad me hunc librum misit Gerardus Meermanus, qui etiam mihi auctor præcipuus fuit, ut illum typis ederem.

Non

Non deest tandem plenissimus rerum & verborum Index, quæ in Octavo hoc Volumine notari debent, summâ cum diligentia comparatus, in quem conjectus fuit Index Antiquitatum Romanarum Hispanarumque.

Finem facio illud iterum monens, quod ab initio dixi, omnia me ANTONII AUGUSTINI scripta edidisse, quæ inveniri potuerunt. Si tamen forte accadat, ut aliud quidpiam è tenebris aliquandò eruatur, id etiam typis statim describam hisque Voluminibus adiciam. Cæterum magni ego laboris, multæ industriæ, plurimique sumptus rem suscepi, sustinui, confeci. Decem ampliùs annos in opere me vehementissime exercui. Tantorum vero laborum satis me præmii consecutum esse putabo, si eruditus viris (Hispanis præsertim, quorum maxime res agitur) curas, sollicitudines, vigilias meas gratas accidisse cognovero.



DIALOGOS DE MEDALLAS  
INSCRICIONES Y OTRAS ANTIGUEDADES  
DE DON ANTONIO AGUSTIN  
ARCOBISPO DE TARRAGONA  
*CON LA INTERPRETACION LATINA*  
DE DON ANDRES SCOTTO.

*Tom. VIII.*

A

DIALOGOS DE MEDALLAS

INSCRIPCIONES Y OTRAS ANTIGUEDADES

DE DON ANTONIO AGUSTIN

SECRETARIO DE LA REAL ACADEMIA

DE LAS BELLAS LETRAS

DE DON ALONSO GONZALEZ

1781

DIALOGOS DE MEDALLAS  
INSCRICIONES Y OTRAS ANTIGUEDADES  
DE DON ANTONIO AGUSTIN  
ARCOBISPO DE TARRAGONA  
CON LA INTERPRETACION LATINA  
DE DON ANDRES SCOTTO.

## DIALOGO PRIMERO.

*Què cosa son las Medallas, y si son Monedas, y què provecho se saca de ellas.*

B.



Ucho deseo tengo de ver las Medallas, y otras antiguallas de V. S. y en algunos ratos defocudados entender lo que son, y el provecho que de tenellas, y poner gran estudio en ellas, resulta: y por conocer la misma gana en el Señor C. nos havemos concertado los dos de proponer esto à V. Señoria.

A. Esse deseo no lo reprehendo, si todas essas cosas se juntan: porque el ver medallas, y antiguallas sin quererlas entender, es cosa de hombres curiosos, y vanos. Ahunque muchas cosas ai, que se comiençan con un fin, que despues resulta de ellas otra cosa: como del Alquimia sale el provecho de saber estilar aguas: yo he visto muchas personas deleitarse de tener muchas antiguallas, y gastar en comprarlas muchos reales, y entender muy poco dellas: pero seguia se cierto provecho de su curiosidad, que los hombres dotos hallaban en aquellas casas recogidas muchas medallas, y antiguallas, las quales ellos no pudieran juntar por su pobreza.

B. No haurà acahecido assi à V. S. pues tiene, segun veo, cuidado de entender con gran diligencia todas las cosas antiguas, y ha recogido muy muchas, y asi deseo saber què es cada cosa de quien tan bien me lo puede decir.

A.

## DIALOGUS (a) PRIMUS.

*Quid Nomismata: & an Monetae sint annu-  
randa; deque fructibus quinque ex iis ca-  
piendis (b).*

B.



Tudeo, amplissime Domine, Nomismata tua, ceteraque Antiquitatis monumenta, si modo tantum abs re tua otii est, inspicere; eaque horis subsecivis, quaque ex

hoc studio utilitas dimanet, diligenter cognoscere. Eadem quoque cupiditas comitem hunc incessit pro quo ipse respondeo: quod inter nos nuper admodum, ut id abs te petere nus, convenerit.

A. Equidē non reprehendo studium vestrum, praesertim si haec concurrant universa. Ceteroquin *Nomismata* & Antiquitatis monumenta inspicere dumtaxat, nec cognoscere ea accurate velle, hominum est curiosorum atque otiosorum, & pene dixerim vanorum. Tametsi sunt in hoc genere, quae diversam ab ea, quae proposita est, utilitatem adferunt. Chemia enim, verbi gratia, licet quo collineat, non assequatur, hoc tamen commodi apportat, quod aquas fornacibus decoqui doceat. Sic & ipse multos videre memini, qui incredibili studio veterum Monumentorum ducti, magnos sumptus in iis comparandis facerent, nec intelligerent tamen. Illud vero percommode accidebat, eo contemplandi causa homines eruditos convenire frequenter solere, quod tamquam in penu, magna apud eos Antiquitatis copia esset recondita, quam docti viri, angustia rei familiaris, parare non possent.

B. Ne idem tibi usu veniret, cavisti tu quidem diligenter, quod magnum jam inde a puero in omni Antiquitate cognoscenda studium posueris, multaque collegeris, omnia in numerato habens. Quare ex te harum rerum tam intelligente aveo singula audire.

A 2

A.

- (a) PERSONAE } A. Antonius Augustinus Archiepiscopus.  
B. Rodericus Zapata, sororis Archiepiscopi filius.  
C. Joannes Augustinus, Antonii Archiepiscopi frater.
- (b) 1. A. *Pictoribus, Sculptoribus, ac Monetariis.* 2. *Ut Imperatorum Vest. cognoscantur effigies.*  
3. *Ut Urbium, aedium, fluminum.* 4. *Ut Virtutum, Deorumque.* 5. *Ut Orthographis ediscatur.*

A. Vellem vero id dici posse. Sed, ut quod res est dicam, plura sunt quæ non assequor; nec a me plene cognoscuntur, quamvis studiose ea investigarim: & cum plerisque, quibus abundat Italia, eruditissimis hominibus ea de re sæpe differuerim, omnesque Urbis Romæ Antiquitates diligenter inspexerim: verum gravioribus negotiis impeditus unus cum essem e Duodecim-viris Romæ Sacri Palatii Ap. litium iudicandarum, & aliis in negotiis occupatus, vix satis otii huic studio superpeditare potui, ut verear ne ei, quam sustineo, intelligentiæ omnis Antiquitatis opinioni non respondere queam.

B. De his, quæ tu modica modeste nimis vocas, partem aliquam decidi velim, quæ nobis tamquam in tenebris versantibus, lumen præferat, densamque ab oculis ignorantie caliginem dispellat. Equidem vix plura ( fatebor enim ) quam qui jam primis labiis litteras gustare cœpit, intelligo. Sed ne in his tempus teram, si modo est otium, & si vis, studeo primum ex te audire, cur *Medallas* vulgo vocent lingua Italica, Hispanica, & Gallica, quæque earum vis & natura sit, & quæ hinc redeat utilitas: post, pace tua, reliqua, quæ nos fugiunt, sciscitaturus.

A. Quod a Latina, tanquam ab uberrimo fonte linguæ illæ fluxerint, veri mihi quidem simile est, nomen illud formatum ab ea voce *Metalla*: tamen non eadem utriusque notio est. Verum quod earum materia fere ex his metallis *Auro*, *Argento*, *Ære* constat, ab ea *Medallia* nomen veteribus *Nummis* a nostris hominibus inditum.

B. Idem ne νόμισμα vel *Nomisma*, Græce, Latineque loquentibus, quod nobis *Medallia*?

A. Illud latius patere existimo, ut & Latinis *Nummum*, & *Monetam*: quod licet in *Monetis*, olim *Medallie* numerarentur, cum nummi erant, pretiisque ut hodie, in coemendo vendendoque pecunia serviebat, nunc tamen *Nomisma*, quæ usu valeant, esse desierint.

B. Atqui aliter in veteri Jurisprudencia censuit Pomponius J. C. *Nomismatum*, inquit, *aureorum vel argenteorum veterum, quibus pro gemmis uti solent, ususfructus legari potest.*

A. Erras. Adjecta enim vox *veterum* nodum omnem dissolvit: constat namque *monetam* veterem esse.

B. Horatius Flaccus alicubi *Nomisma* vocat *monetam* Philippi Regis Macedoniæ ejus, qui Alexandri Magni parens fuit:

*Rettulit acceptos, regale Nomisma, Philippus.*

Quod meo quidem sensu tamquam de *Medallis* utar enim tua venia propter sermonis Latini inopiam hac voce ) intelligi nihil vetat.

A. Non inferior id quidem, verius tamen de certo *monetæ* & *pecuniæ* genere. Nam & *Nomisma* etymon apud Aristotelem l. V. \* *Ethicorum* ad Nicomachum a lege, quæ Græcis νόμος, argumento est pro quavis moneta accipi, & nova & veteri, quæ in *emptionibus* *venditionibusque* solvitur, vi legis, qua nummi valent. Horatii vero carmen de *nomismate*, quod Alexander Magnus Charilo Poetæ pro paucis versibus bonis

A. Bien holgaria yo que fuese esso assi: pero mucho mas es lo que yo no entiendo en estas cosas; ahunque no me ha faltado deseo de aprenderlas, y he comunicado con todos, y los mas doctos hombres de Italia, y he visto las antiguallas de Roma con alguna diligencia, pero ocupado con mayores ocupaciones de la Rota, y de otras cosas, que por mi han pasado, no estoi tan adelante en este estudio como v. m. piensa.

B. Desso poco que V. S. sabe de antiguallas, querria que me diese una poca de lumbre para el chaos de tinieblas que tengo, quando veo tantas cosas antiguas, sin conocer de ellas mas de lo que conoce qualquier estudiante que sabe leer, y construir, ò poco mas; pero por no perder tiempo querria lo primero saber de V. S. por què se dicen estas medallas, y què cosa fueron quando se hicieron, i què provecho se saca de ellas? despues, con licencia de V. S. demandarè otras cosas que no entiendo en ellas.

A. Como el Latin es origen de las Lenguas Italiana, y Española: bien se puede creer, que medalla se dice en estas dos lenguas de la palabra latina *Metalla*, ahunque no sea una misma cosa. Pero como la materia de las medallas sean los metales de oro, plata, y cobre, no ha sido mucho fingir un nombre deducido de aquel que significa su materia.

B. Es lo mismo *Nomisma* en Latin, y en Griego que medalla?

A. Por mas general nombre tengo el Griego, y Latino *nomisma*, y *nummus*, como el de *Moneta*, y *moneda*: que ahunque sea verdad que las medallas fueron monedas, entonces fueron *nomismata*, y *nummos*, agora podria ser que no lo fuesen.

B. Pues como dice Pomponio Jurisconsulto: *Nomismatum aureorum, vel argenteorum veterum, quibus pro gemmis uti solent, ususfructus legari potest?*

A. La palabra *veterum* nos quita de duda, porque es cierto que son monedas viejas.

B. En Horacio hay un verso, en que llama *nomisma* cierta moneda del Rey Philipo, padre de Alexandro Magno.

*Rettulit acceptos, regale Nomisma, Philippus.*

Y puedese decir, que lo dice como de medallas.

A. No lo niego, pero tambien como de dinero, ò moneda cierta: y la etymologia que dà Aristoteles en las *Ethicas* à esta palabra *nomisma*, que viene de la ley que en Griego dicen νόμος, muestra que se usa propriamente en qualquier moneda vieja, y nueva con tal que corra, y se reciba por precio de lo que se compra, y vende, por la ley que dà fuerça à la moneda. El verso de Horacio hablando de los dineros, que diò Alexander

Pompon. c. 28. de usufruct.

Lib. 2. Ep. 1. v. 234.

Cap. 5.

Cap. 28. de usufr.

Lib. 5. c. 5.



xandro Magno al Poeta Cherilo no puede entenderse de medallas antiguas, pues Philipo fue padre de Alexandro.

Ulp. c. 27.  
Them. 4. de  
auro, & ar-  
gent. leg.

B. En otra parte dice Ulpiano, que si alguno dexa el oro ò plata señalados, ò marcados, como se marca la moneda, que bien vendrán las monedas de Philipo y los que llama *nomismata*.

A. Con que palabras dice Ulpiano esso?

B. *Si autem aurum, vel argentum signatum, legatum est, id pater familias videtur testamento legasse, quod ejus aliqua forma est expressum: veluti quæ Philippi sunt, itemque nomismata, & similia.*

A. Por essas palabras parece que assi las medallas antiguas de Philipo, como las demás, son monedas, y *aurum, vel argentum signatum, y nomismata*.

B. Lo que se dize en el Código de *veteris nomismatis potestate*, podráse entender de las medallas?

A. Si las medallas son como decíamos, monedas viejas bien se podrá entender, aunque no toda moneda vieja se dice medalla, sino como dize Pomponio la que se tiene por joya, como tampoco las que se trahen en las gorras, y sombreros, aunque se digan medallas no son monedas.

C. Yo querria saber de V. S. si todas estas medallas antiguas fueron monedas de Romanos, ò Griegos, ò de otras naciones?

A. No falta quien diga que no, porque les parece inconveniente, que unas medallas tambien labradas anduviessen por manos de todo el pueblo, especialmente las que estiman mucho en Italia, unas de bronce grandes, de muchas figuras en el reverso, con un berniz negro, ò verde, como son algunas de Neron, y de Adriano de singulares maestros, y tienen por increíble que estas valiesen menos que las de oro, y plata pequeñas, de las quales no toman tanto gusto: aunque parece, que en tiempo de Pomponio, el qual fue en el del mismo Hadriano, las medallas de oro, y de plata eran tenidas por joyas, y de las de cobre, ò de vellon, como dicen en Castilla, no dize nada Pomponio en las palabras yá dichas.

C. Pues que serian estas si no fuessen monedas; ò quales eran las monedas, sino fuessen estas?

A. Dizen, que como oy en dia hai moneda que se labra por moneda, y hai otras medallas labradas para dar à Embaxadores, ò para arrojar al pueblo en una coronacion del Emperador, ò del Papa, que assi mismo en aquel tiempo havia dos fuertes de monedas, ò medallas, y que las buenas servian de dones, y de *largitiones*, ò *missilia*, que assi las llamavan en Latin, ò para tener entre sus joyas, y sacros; y las ruines servian de monedas, como oy sirven las que se labran en las casas de la moneda, yo no he vi-

sto  
nis appendit, de veteribus nomismatis intelligi non potest, cum Philippi Regis filius Alexander fuerit.

B. Alibi vero & Ulpianus Jurisconsultus, quantum memini, censuit, *Si quis aurum argentumve monetæ instar signatum legaverit, Philippos item & nomismata contineri.*

A. Verba Ulpiani recita.

B. *Si autem aurum vel argentum signatum legatum est, id paterfamilias videtur testamento legasse, quod ejus aliqua forma est expressum, veluti quæ Philippi sunt, itemque Nomismata & similia.*

A. Ex his verbis effici videtur Nomismata vetera, *Philippos*, ut & cetera in monetis numeranda, itemque aurum, vel argentum signatum, & Nomismata.

B. Quoniam in Codice Justiniano de veteris Nomismatis potestate Titulus existat, restene de Medallis explicabitur?

A. Recte quidem, si, ut diximus, hæc in veteri moneta numerentur: quamvis non retro commendant: Non enim quævis moneta vetus Metalla nominatur, sed ea tantum, qua, ut Pompon. J. C. ait, pro gemmis uti solent: ut nec ea Nomismata, quibus pileos, galeros, aut galeas milites exornare solent, licet Medallæ appellentur in vulgus, Moneta vocanda est.

C. Cupio & ipse, nisi molestum id tibi, veterane isthæc Nomismata olim Græcorum a Romanorum, aliarumve gentium monetæ fuerint, cognoscere.

A. Non defunt qui id negent, propterea quod incredibile illis videatur Numismata quædam affabre adeo efficta vulgi manibus trita fuisse; ea præsertim, quæ hodieque magni sunt apud Italos, harum rerum peritos existimatores, ut sunt ærea quædam, majoris notæ, in quorum averfa parte signa multa videntur, ærugine splendens tanquam sandarache quæ vulgo *Verniz*, atrii, viridive coloris: qualia sunt Neronis nonnulla, vel Hadriani Imp. a summis, ut apparet, artificibus sculpta: quæ idcirco minoris olim æstimata, quam aurea vel argentea, minoris ponderis credere iidem abnuunt, quod illis hæc cum æreis comparata vilescant; cum tamen Pomponii J. C. ætate, qui Hadriani illius Imperatoris æqualis fuit, Nomismata aurea, & argentea gemmarum loco sint æstimata: de æreis vero nulla mentio existat, in eo quod attulimus, Legis capite.

C. Sed quid erant, obsecro, Nomismata; & cui usui, nisi monetæ aut quæ moneta alia a Nomismatis valuit?

A. Affirmant, qui contra disputant, ut hodie nummorum alii monetæ loco sunt, quæ cuius circumfertur, usque valet: Alii vero conflata Nomismata sunt, quæ Legatis Principum oblata, vel in vulgus sparguntur in coronatione Pontificis Maximi, aut Imperatoris: sic & olim duo Monetarum genera fuisse. Ex præstantioribus Nomismatis dona largitionesque constabant, & quæ *Missilia* Romani vocabant, & inter gemmas, resque sacras collocabant: Viliiores vero Nummi, inquit, Monetæ vicem præ-

Ulp. c. 27.  
Them. 4. de  
auro & ar-  
gent. legat.

Vide Brissonium lib. 1.  
Selectar. Antiquar. c. 18.

præbebant, ut ii qui hodie in ædibus Monetarium cuduntur. Equidem quantum memoria teneo, nisi quæ monetæ usum speciemque haberent, Nomismata nulla videre memini, præter id unū (\*) æris in cuius parte altera lauri ramus signatus, in averfa vero duæ armillæ & torques, quam duo angues efficiunt, hoc elogio: IO IO TRIVMP. qua inscriptione cusum esse, ut triumphii tempore in vulgus spargeretur, facile adducor ut credam: His enim vocibus militum triumphantis currum sequentium, immo & vulgi acclamatio constabat; ut hodie Romæ recens creato Pontifici Maximo, *Vivat Paulus*, vel *Gregorius Papa*, acclamatur.

C. Nomisma istud videre optarem. Sed ecquid hæ litteræ significant?

A. IO IO TRIVMPHÈ seu *triumpe*, ut antiquiores illi, aspirationem fugientes efferebant; sic *Io Bacche* in Orgiis Bacchi, *Io Pæan* in Apollinis festis acclamari solet. Denique ab hac *Io* Interiectione, ut vocant, *Jubilare* & *Jubilum* quidam derivant, nisi potius ab Hebræorum *Jubileo* conformata vox est.

C. Lauri quidem ramis in triumphis usos in vulgus notum: cetera, amabo, quæ hic conspicio signa, ecquid demonstrant.

A. Nimirum triumphandi morem. Ut enim triumphantis currum milites corollis laureis redimiti, & lauri etiam ramos præferentes sequebantur; sic ut fortissimi quique & præstantissimi virtutis ergo, re præclare gesta, armillas & torques aureas dono consecuti eas gestabant in pompa, publica que illa celebritate atque frequentia. Armillæ, manuum monilia. Torques vero catenæ aureæ collo appensæ. Ab hac, quam hosti detraxerat, T. Manlius *Torquati* cognomen, posterique ejus adepti.

C. Suppetuntne alia rationum momenta, cur in monetis numeranda Nomismata videantur?

A. Suppetunt sane quamplurima, ut hæ litteræ singulæ S. C. quæ in æreis nummis Romanorum, & in argenteis nonnullis leguntur EX S. C. quæ *Senatusconsulti* auctoritate cusos significant, idque ad Senatam pertinuisse ex Polybio colligo.

Polyb. lib. VI.

(\*) Tab. I. In argenteis (\*) quibusdam EX. A. P. observavi, hoc est *ex Argento Publico*. Clarius vero in aliis hæc legitur: AS. TRESSIS. OBOAOC. ACCAPIA. TRIA. SACRA. MONETA. AVGVSTI. NOSTRI.

Et voce singulari MONETA. In aliis imagines Deæ Monetæ cum bilançæ. Sæpe tres matronæ, quibus triplex Monetæ species designatur, metallorum *Auri, Argenti, & Æris* (\*). Quibus autem id minus incumberebat *Monetales* dicti, vel *Treviri Monetales Auro, Argento, Ære flando, feriendo*. Unde manavit hæc inscriptio in plurimis Nummis III. VIR. (\*) In aliis singulares hæ litteræ A. A. A. F. F. quæ sic legendæ, ut dixi, fidem secutus Valerii Probi aliorumque. Qua de re Epistola elegans \* circumfertur Petri Bembi Cardinalis, qua hunc Ciceronis locum accurate explanavit: *Treviros vites censeo; audio Capitales esse: malle m Auro, Argento, Ære essent.*

(\*) Tab. I. 8. 9. 10. 11. 12. 13.

(\*) Tab. I. 14. Tab. II. 15. 16. 17. 18. 19. \* Epist. 13. l. 7. ad Fam.

Il.

sto destas que no fuesfen monedas, ò lo pareciefen, si bien no me acuerdo, sino una de metal, en la qual de la una parte hai un ramo de laurel, y de la otra dos armillas, y una torques hecha de dos culebras con letras que dicen IO IO TRIVMP. que tengo creído que se hizo para arrojar en algun triumpho, porque aquellas palabras eran de las que decian los soldados y ahun el Pueblo, como oy dicen en Roma al nuevo Papa, *Viva Papa Paulo*, ò Gregorio.

C. Mucho holgarè de ver essa medalla. A. Bien tóparemos con ella presto. C. Como se han de entender essas Letras?

A. *Io Io Triumphe*, ò *Triumpe*, que es lo mas antiguos como se dixo *Io Bacche*, y tambien *Io Pæan* en fiestas de Baccho, y de Apolo, y desta palabra *Io*, que es como dicen interjeccion, viene el verbo *Jubilare*, y *Jubilus*, sino viene del Jubileo de los Judios.

C. Del ramo del laurel, que servieffe en los triumphos, cosa clara es: pero las otras cosas, porquè se ponen en la medalla?

A. Como los soldados acompañaban al que triumphaba con coronas de laurel, y con ramos, assi los principales soldados, que havian alcançado armillas, y torques las trahian puestas, y salian aquel dia señalados con ellas. Las armillas son como braçaletes, ò manillas, las torques como cadenas, ò argollas de oro, y por una de estas que ganó à su enemigo Tito Manlio sellamò *Torquato* èl, y sus descendientes.

C. Hay otras razones para que estas otras fuesfen monedas?

A. Si hai, y muchas, y entre otras la S y la C que està en las medallas de cobre hechas en Roma, y en algunas de plata EX S. C. que significan el *senatusconsulto*, por el qual se diò licencia que se labrasen, y que al senado tocasse esto, se prueba por ciertas palabras de Polybio. En otras de plata hai EX A. P. que es *Ex Argento Publico*. Hai en algunas mas claramente AS. TRESSIS. OBOAOC. ACCAPIA. TRIA. SACRA. MONETA. AVGVSTI. NOSTRI. Tambien hai este vocablo MONETA solo, y las imagenes de la diosa Moneta con una balançã, y à las veces hai tres mugeres que representan la moneda de tres suertes de metales, oro, plata, y cobre y los que tenian cargo de hacer moneda eran dichos *Monetales*, ò *Treviros Monetales, Auro, Argento, Ære Flando, Feriundo*, y por esto en muchas medallas hai esta palabra III. VIR. y en otras se añade A. A. A. F. F. que se han de leer como dixi, y Valerio Probo, y otros lo escriven, sobre lo qual hai una carta del Cardenal Pedro Bembo, el qual interpreta muy bien un passo de una epistola de Ciceron: *Trevi-*

\* Epist. 13. l. 7. ros

ros vites cenleo, audio Capitales esse; mallem Auro, Argento, Ære essent. Solamente dexo de decir, que el mismo Ciceron usò de este vocablo *Monetalis* en las epistolas ad Atticum, y Pomponio tratò mas largo de su oficio, y nombre en lo que tenemos en los Digestos en el título de *Origine juris*. Por ciertos versos de Marcial se prueba, que usavan los antiguos de esta palabra *moneta*, por lo que dezimos agora moneda, el uno es en el libro primero

*Et centum dominos novæ Monetæ.*

El otro en el libro postrero donde haze un disticho con este título, *Loculi eburnei:*

*Hos, nisi de flava loculos implere moneta,  
Non decet, argentum vilialigna ferant.*  
Aqui se llama *flava moneta* la moneda de oro, en el otro verso à la moneda con las imagines, ò caras de los Emperadores, llama *dominos novæ monetæ*; y es de notar, que los antiguos usavan de arquillas de madera, y de marfil para tener su moneda, y que los llamaban *loculos*, y *thecas*, y *arcas*.

B. Vuestra Señoría me hace acordar de otro verso del mismo Poeta en el libro XII.

*An de moneta Cæsaris decem flavos?*

y tendrà la misma interpretacion de diez monedas de oro con el gesto del Emperador: y quanto à lo de las bolsas, creo que tambien usavan de sacos, segun otro verso de otro Poeta

— *Nam tui Catulli*

*Plenus s. c. ulus est araneorum.*

A. Verdad es, y ahun de fiscos, ò espuestas usavan, segun dicen Ciceron, y Alconio en las Verriñas.

B. Porque en algunas medallas hay II. VIR, y no III. VIR, especia mente en las de España, y en otras III. VIR?

A. Fulvio Ursino dize que en tiempo de Cajo Julio César Ditador se batieron las medallas de plata de III. VIR. solamente, y antes del, y despues siempre fueron tres los Monetales. Las monedas en que hai II. VIR. son de colonias, y municipios fuera de Roma, y no significan los Monetales sino los Duumvros, que aquel año governavan aquella colonia, ò municipio.

B. Hallanse algunas medallas con la señal de la H y S que tantas veces està en las obras de Ciceron, que me parece le llaman *sestertio*, y es la quarta parte del denario?

A. La cifra antigua del denario es X. y del Quinario, ò Vitoriato V. y del sestertio IIS. y puedo mostrar estas mismas cifras en mis medallas. La causa destas cifras es manifesta, porque al principio el denario valia diez asses, el quinario cinco, el sestertio dos y medio, que en Latin se dice *semis*, y assi està la S despues de las dos II. los que hazen H y S escurecen la escritura. Ahunque algunos usaron por X, la misma letra con una virgula  $\text{X}$  y assi quisieron hacer en el sestertio HS. por IIS. El nombre de Vitoriato se dixo, segun Plinio por una Vitoria que fue-

Illud tamen prætermisit, eundem M. Tullium usum hac voce *Monetalis* in Epistolis\* ad Atticum. Ad hæc Pomponius J. C. de officio eorum, & appellatione in Pandectis Tit. *De origine juris*, \* agit.

Moneta vero eadem, qua hodie utimur, subiecta notione veteres utos fuisse didici ex illo Martialis versu lib. I. Epigramm.

*Et centum dominos novæ Monetæ.*

Et item altero libri ultimi, cum hoc Epigrammatis titulo, *Loculi eburnei:*

*Hos, nisi de flava loculos implere moneta,  
Non decet, argentum vilialigna ferant.*  
*Flavam* nimirum *monetam* in hoc Epigrammate vocat a colore eam quæ aurea pecunia est, ut in altero *monetam* Imperatorum, quos *dominos novæ monetæ* appellat, imaginibus signatam. In quo illud est observandum, arculis eam ligneis, vel eburneis tervari solere, quas *thecas*, *arcas*, vel *loculos* appellabant.

B. Commodum mihi in memoriam revocas ejusdem Celtiberi Poetæ & alium versum lib. XII.

*An de moneta Cæsaris decem flavos?*

Quod itidem de aureis Nummis decem Imperat. specie notatis exaudiendum. Ad *loculos* quod attinet, observare memini eos alteri Poetæ *sacculos* esse:

— *Nam tui Catulli*

*Plenus sacculus est araneorum.*

A. Recte tu quidem: quin & fiscellis, & sportulis utos ex Cicerone clarum, & Alconio Pædiano in Verriñas.

B. Si, ut ais, Tresviri monetales, cur quæso, in plerisque nummis veteribus præsertim Hispanicis II. vir non III. vir in aliis III. vir legitur?

A. Fulvius Ursinus sentit tantum in C. Juli Cæsaris Dictatura cusos argenteos eos qui III. vir præferant: alias sem per III. viri monetales exstiterunt. Quæ vero Numismata II. vir habent, ea Coloniarum sunt & Municipiorum extra urbem Romam, nec Monetales, sed Duumviri, qui eo anno Coloniam, Municipiumve cum imperio regebant, designantur (\*).

B. Exstatne in Nummis nota illa HS, passim in Cicerone obvia, quæ *sestertium*, quæ est Denarii quarta pars, significat?

A. Denarii nota fere est X. Quinarii seu Vitoriatii V. Sestertius vero his signis HS. exprimitur, quæ signa, & in Numismatis apparent (\*). In promptu vero causa est. *Denarius* enim initio decem assibus pendebat: *Quinarius* quinque, *Sestertius* vero duobus cum dimidio, seu, ut Latini vocant, *semisse*: Hoc enim hæ litteræ H-S loquuntur: nam, qui sic depingunt H-S, rem obscurant. Quamquæ nonnulli Denarii notam X transversa virgula pinxerunt  $\text{X}$  (\*), licet in Sestertio H-S pro IIS. *Vitoriatii* dicti, auctore Plinio, quod *victoriæ* signum præferrent: ut *Bigari*, vel

\* Epist. 13. l. 10. ad Attic.

\* L. 2. Initium. D. de Orig. Juris.

(\*) Tab. II. 20. 21. 22. 23.

(\*) Tab. II. 24. 25. 26. 27.

(\*) Tab. II. 28. Tab. III. 29. 30. Plinius lib. 33. cap. 3.

Epist. 13. lib. 10.

Lib. 33. c. 3.

*Quadrigati* dicti denarii qui bigas, vel quadrigas, hoc est, currus bijugis, vel quadrijugis equis ostendunt: & *Rariti asses*, ratibus insignitis.

B. Videor legisse denarios, non decem tantum, aliquando sedecim assibus constitisse, & quidem, si recte memini, in tuis libris Emendationum Juris ad legem ultimam Cod. de donationibus. Quæ cum ita sint cedo, cur non X. notam in XVI. mutavit.

Lib. 2.  
Emendat.  
e. 7. Jus.  
Lipsius lib.  
1. Elect. c.  
2.

A. Non infitior id quidem; omnia post esse commutata, & XVI. notam in Denariis, ut VIII. in Quinariis aliquando videre memini; at in Sestertiis IIII. nunquam; nec illam notarum varietatem diu durasse, sed veteres notas statim revocatas existimo (\*). Ut Bononiæ, exempli gratia, ex campano horologii tinnitu horæ audiri consueverant XXIII. molestissimum porro negotium erat crebra illa decimoctavæ horæ, undevicesimæ, viciesimæ, & ceterarum inter numerandum prolatio. Sex igitur duntaxat horas in posterum sonare statuerunt. Si qui vero hebetiores essent, in eorum gratiam, manu per certum hominem ad eas admota, horas cursu numero non interrupto pulsari. Annis tamen aliquot elapsis, usu & consuetudine aurium hoc prætermisum est, satis jam omnibus intelligentibus primæ pulsu, vel primam, vel septimam, vel terciaundecimam, vel undevicesimam horam significari.

(\*) Tab.  
III. 31. 32.  
33.

B. Expressane alia signa, ut in argenteis, ita & in æreis nummis conspiciuntur?

A. In aliis I littera vel L quæ libram significat, aut assen, in quibusdam S pro semisse, hoc est media libra, sex uncias. In aliis quatuor puncta vel orbes pro quatuor uncias, quæ trientem efficiunt. Sunt quæ tribus punctis tres uncias, quæ quadrantem constituunt, designent, quæ mercede in balneis olim lavabant, & *Quadrantal* dicebatur. Vidi & binis punctis duarum unciarum, quibus sextans constat, signatos. Sunt id genus signorum complura, quibus vel pondus, vel pretium monetæ notatur. Ex quibus omnibus efficitur necessario, nomismata partim argentea, partim ærea, Romanis monetæ loco fuisse. Notarum vero, quibus insigniri solent, diligens Interpres exstat Volusius Metianus, libro de *Asses*. Præter notarum hæc signa, exstat & in plerisque urbis Romæ nomen, & in quibusdam *Jani bifrontis* imago, & in averfa parte novis prora \*. Qua nota jam inde a Regibus veteres Romanorum nummos insigniri solitos litterarum monumentis proditum accepimus.

(\*) Tab.  
III. 34. 35.  
36. 37. 38.  
39. 40.

B. Exstant antiqui ponderis numismata, quæ *Æris gravis* dicebantur?

A. Exstant nonnulli libriles nummi magni ponderis, qui in loculis gestari non poterant, sed arcibus, vel saccis, & curribus: ut auctor est T. Livius. Quales & penes me nonnullos asservari deprehendas. Visuntur & alia signa monetis indita. Qualia sunt pugiones duo cum pileo (\*), a M. Bruto edita, extraque urbem Romam, ut apparet, signata hoc elogio: *EID. MART. diem*

Liv. lib.  
4. extrem.  
(\*) Tab.  
II. 41.  
Dion. lib.  
47.

le estær en estas monedas, como *Bigatos*, y *Quadrigatos* se dicen los denarios que tienen *bigas*, y *quadrigas*, que son carros de dos, ò quatro caballos, y *Rarites asses* los que tienen *Rates*, ò Barcas, ò Armadias.

B. Pareceme haver leído, que estos denarios no valieron siempre diez asses, sino deziseis, y creo que V. S. ha escrito sobre ello en sus Emendaciones, interpretando la ley ultima de *donationibus*: quæria saber porquè no mudaron la cifra de X. en XVI.

A. Verdad es, que todo se mudò, y puedo mostrar el numero XVI. en denarios, y el de VIII. en quinarios: mas el de IIII. en sestertios nunca lo he visto. Ni esta variedad de cifras durò mucho tiempo, porque se tornaron en las cifras à lo viejo: como en Boloña solia tañer la campana del relox las veyntiquatro horas a la larga sin faltar ninguna y era gran pesadumbre contar deziocho, deziinueve, veynte &c. acordaron que el relox diesse seis horas no mas, y para los menos agudos, que à mano tocasse un hombre las horas a la larga: pero passados algunos años dexaron esto, ya que tenia la gente hechos los oidos a entender, que la una eran las siete, ò las treze, ò las deziinueve.

B. En las medallas de cobre hai algunas otras señales como en las de plata?

A. En algunas hai una I, o una L que significa una libra, ò un as, en otras un S por *semis* que es media libra, o seis onças, en otras quatro puntos, ò roeles por quatro onças, que es el triente, en otras tres puntos por tres onças, que es el quadrante, por el qual precio se lavavan en los baños, en otras hai dos puntos por el sextante, que es dos onças, y assi hai algunas otras señales del peso, ò del valor de las monedas. Lo qual todo es clara señal que assi las medallas de plata, como las de cobre eran monedas de Romanos, y de la interpretacion destas cifras es buen autor Volusio Meciano en el libro de *Asses*. Allende de las cifras hai en las mas dellas el nombre de Roma, y en muchas de una parte la cabeça de Jano con dos caras, y de la otra una proa de una nave: lo qual dizen muchos autores que se hacia en las monedas antiguas de Roma desde el tiempo de los Reyes.

B. Hallanse algunas del peso antiguo quando se decian *æs grave*?

A. Todavia se hallan destas libriles muy pesadas, que no podian traherle con bolsas sino con arcas, ò sacos, y con carretones, segun lo cuenta Tito Livio en cierta parte: y entre mis antiguallas se hallaràn algunas dellas. Hai tambien memoria de algunas otras cosas, que se pusieron en algunas monedas, como es de las dos dagas con un pileo, que Marco Bruto puso en sus monedas, las qua-

Liv. lib. 4.  
in fin.

Dion. lib.  
47.

tem-

les

les fueron hechas fuera de Roma con letras EID. MART. significando el día en que matò con los otros conjurados a Cesar: porque los antiguos escribían EIDVS, por lo que otros escribieron IDVS:

B. El pileo significa la libertad alcanzada con las dos dagas de Marco Bruto, y Decimo Bruto?

A. Así es de creer. En Suetonio se lee, que Augusto Cesar se preciava de tener por ascendiente a Capricornio, y por esto Zurita en la emblema de su Añales puso el Capricornio sobre el Rio Ebro para denotar que Cartagena es fundacion de Augusto Cesar, tanto que lo publicó poniendolo en sus monedas. Puedo yo destas mostrar algunas, así en plata, como en cobre, y es muy alabada una de metal Corinthio con dos capricornios, y un mundo, y una corona de encina con una letra OB. CIVES. SER. ò SERVATOS. Es verdad que esta medalla la hizo Tiberio Cesar despues de la muerte de Augusto, pero otras tengo de plata hechas viviendo èl con el Capricornio. El mismo autor dice, que el Emperador Neron se preciò tanto de buen cantor, y citharedo, que puso por roverso en sus medallas un retrato de su locura: y de estas monedas se hallan oy día, y de muy buena mano, y toparemos con algunas entre mis medallas.

B. Pareceme à mi, que el que niega esto que tan claramente se vee, à ninguna otra prueba se rendirà, aunque sea la del Evangelio de aquella moneda, que mostraron à Christo nuestro Señor, cuya imagen, y letrero era de Cesar, ò Tiberio Cesar, yo creo que así fuesen las medallas de los otros Emperadores.

A. Quien bien mirare las constituciones de los Titulos *De falsa moneta*, y *si quis solidi circubiz exteriori incidit*, y de *veteris numismatis potestate* en el Codigo Theodosiano, y en el de Justiniano, bien hallarà como usavan los Emperadores de poner el retrato de sus caras en sus monedas: y lo primero que hacian en siendo hechos Emperadores, era batir moneda con sus retratos, y despues los de sus mugeres, y de sus hijos. Esto que he probado con exemplos de las monedas de Roma, puedo provar con un *siclo* de Judea, y con muchas *drachmas*, y *didrachmas*, y *tetradrachmas* de Griegos. Hai memoria en Julio Pollux de las monedas de muchos Pueblos, que con diversas cosas señalaban sus *drachmas*, y estas mismas estàn en las medallas Griegas que tenemos. Pondrè un exemplo muy claro de las *noctuas*, ò lechuzas de Athenas, las quales, y Minerva se veen en muchas medallas con letras del principio del nombre de aquella ciudad. En Africa havia una colonia antigua de Griegos, que se decia Cyrene, de donde se trahia à Roma, y à Grecia el *laserpicio* dicho por los Griegos *silphio*, dize Aristotil en la Republica de los de Cyrene, segun refiere el interprete de Aristophanes, que este *silphio* ponian en sus monedas los desta ciudad. Puedo mostrar semejantes medallas de las quales se aprende la figura de esta hierva

Tom. VIII.

tempusque designans, quo cum ceteris conjuratis tribus & viginti vulneribus Cæsarem confodit. Ceterum vetus scribendi ea ratio est EIDVS, pro quo vulgo IDVS.

*Festus, & in fin. Dial. IX. Ang. Polit. Miscell. c. 70. ex Dionis lib. 47.*

B. Quid pileus, libertatemne significat, quam his pugionibus Marcus & Decimus Bruti constituerunt?

A. Opinor sane. Porro Capricorni natalis sui signo Augustum Cæsarem delectatum auctor est Suetonius, ut & nummis publicandum curarit. Quod genus nummos reperies cum æreos, tum argenteos, & maxime insignem (\*) ex ære Corinthio, duobus Capricornis mundique globo, & quænea corona insignitum cum hoc elogio: OB. CIVES. SER. VEL SERVATORES. Equidem Tiberium Cæsarem ab Augusti excessu hos edidisse opinor. Verum argentei aliquot exstant, Capricorni signo (\*), ipso adhuc superstite in vulgus editi. Refert ad hæc idem Tranquillus, Neronem Cæsarem fidibus canere frequenter solitum, ut & citharædi nomen affectarit, eoque habitu nummos, amentiarum suarum testes, signandos curarit (\*). Quales etiam nunc reperiuntur affabre facti.

(\*) Tab. III. 42.

(\*) Tab. IV. 43.

(\*) Tab. IV. 44.

B. Qui hæc, luce meridiana clariora, infitari audet, eum ego quidvis negare ausurum affirmo, imo & Evangelio fidem derogaturum, quod Christo oblatam monetam refert Cæsaris, si ve Augusti si ve Tiberii imagine ac titulo inscriptam. Quæ res argumento sit, ceterorum etiam Imp. imagines monetam omnem prætulisse.

*Matth. 22. 20.*

A. Sane, qui Constitutionum Titulos Codicum Theodosii, & Justiniani Imp. *De falsa moneta*, & *si quis solidi circulum exteriori incidit*, & *de veteris numismatis potestate*, diligenter inspexerit discet præcos illos Imperatores imagine ac specie sua notasse monetam (\*). Et vero simul imperii summam adepti erant, prima hæc cura fuit nummos sua, mox conjugum, denique & liberorum effigie insignire. Quod ut Romanorum Numismatis verum esse docui, ita & Hebræorum siclo, Græcorumque drachmis, didrachmis, & tetradrachmis confirmari facile potest. Exstant apud Julium Pollicem in Onomastico ad Commodum Imperat. variarum gentium nomismata quæ variis signis drachmas notant: qualia in hunc usque diem Græca pleraque visuntur in *Magna Græcia* & *Sicilia* Hub. Goltzii, terunturque Antiquariorum manibus. Tu, ne quis dubitandi posthac locus riliquatur, nummum (\*) inspicere cum nota sua ave, quam Athenienses cum Pallade religiose coluerunt, primisque litteris quibus urbis Athenarum nomen scribitur. Vetus quoque Græcorum Colonia in Africa deducta, quæ Cyrene dicebatur, unde Romam, atque in ipsam Græciam *Laserpicium*, quod Græci *Σιλφισμ* vocant, deferrebat. Aristoteles sane de Cyrenensium Rep. Silphii nota monetam signasse auctor est, si modo

(\*) Tab. IV. 45. 46. 47.

(\*) Tab. IV. 48. 49. 50.

Interpres Aristophanis in Pluto, & in Equitibus.

*Interpres  
Aristoph. in  
Pluto, &  
in Equiti-  
bus. Plautus  
in Rudente  
Cyren. acta.  
Inf. Dial.  
VI.*

do Aristophanis Scholiastæ fides habenda. Quod genus nomismata ostendere quamplurima possem, quæ herbæ hujus nostris hominibus incognitæ formam repræsentant. Hinc recte doctissimus Poetarum Catullus :

*Quam magnus numerus Libyssæ arenæ  
Laserpiciferis jacet Cyrenis,  
Oraculum Jovis inter æstuosi,  
Et Batti veteris sacrum sepulcrum.*

*(\*) Tab.  
IV. 51. 52.  
53. \* Inf.  
Dial. V.*

Idem Tarentinorum nummis probari potest, in quibus Taras (\*) Neptuni filius Delphino inventus conspicitur : Aliisque innumeris, de quibus alias \* erit dicendi locus.

*De Utili-  
tibus e  
Nummorum  
studio ca-  
piendis.*

B. Promissi equidem hujus tunc memor ero, sed ad averfa ut redeam, si effigie carent nummi, alterove signo, qui averfam cognoscemus partem? Dicemusve utrimque esse averfas partes, aut duas habere facies asseremus?

A. Qui quæso? si nullam faciem habent? aut quomodo duæ erunt averfæ partes, si nullam faciem habent? Dicemus igitur facie carere nummum, hoc aut illo symbolo insignitum.

C. Idemne est titulus, & averfa nummi pars?

A. Minime vero.

C. Quid igitur illud est, quod Augusti Cæsaris nummum ostendunt cum anchora quam delphinus implicat, adscripto titulo *FESTINALENTE*?

A. Talem equidem nummum videre nunquam contigit: scio tamen dictum Augusti fuisse *ΣΠΕΤΑΕ ΒΡΑΔΕΩΣ*. nec illud me fugit Titum Vespasianum Aug. nummos (\* cudiisse cum anchora ac delphino, causa tamen hujus signi non addita, ut spectare in nummis licet. Aldus Manutius Romanus, Erasmus Roter. \* aut Æneas Vicus Parmensis aliive fortasse tales, Augusti nacti sunt nummos, quos mihi videre nondum contigit.

C. Videor anchoram symbolum abs te vocari, estque in averfa parte hujus nummi Titi Aug. Anchora, igitur & symbolum est, & averfa nummi pars.

A. Quemadmodum non omnia symbola librorum Pauli Jovii, & Hieronymi Ruscelli, averfæ sunt nummi partes, sic nec omnes Nomismatum partes symbola sunt appellata, verum quæ in averfa nummorum parte spectantur, *Averfa* vocanda sunt, non tamen in iis nummis qui facie carent.

C. Quæ igitur aperte symbola in nummis vocabimus?

A. Nimirum quæ duas res significant. Alterum clare, ut Capricornus, ut Cometes, ut anchora, ut clavus, similiaque; Alterum vero obscure, ut cum Augustum per Capricornum accipimus: per Cometem Julii Cæsaris animam: per anchoram Constantiam: per clavum navis, Reipublicæ administrationem.

C. Credo sic dicta Hieroglyphica, de quibus Horapollo scripsit, nostraque memoria Joannes Pierius Valerianus, homo doctissimus.

A. In multis invicem consentiunt. Negat Jovius symbola dici, si dicto careant: Alii vero huic repugnant. In nummis fere nunquam symbola reperias, addito obscuro titulo, & sine ipso plurima, ut in ipsis Hieroglyphicis litteræ aberant, quod illæ ipsæ imagines litterarum præstabant vicem. Dicta vero symbolis addita in nummis, explicant ipsa symbola, verbi gratia: *Fides Publica*, duabus implicatis manibus declaratur, & sic

Sueton. in August.

(\*) Tab. VII. 14.

\* In Adagio *Festina lente*.

fic de reliquis Virtutibus, aut plerumque Virtus suo nomine demonstratur.

B. Quomodo autem VIRTUS in averfa nummorum parte pingebatur?

A. De hac ceterisque Diis Deabusque dicere in præfens non possum nisi commodum incidifsem in pagellas olim in Italia hac de re a me notatas.

### V I R T U S.

In nummis quibusdam Imperatorum spectatur instar Amazonis galeatæ, cum parazonio, hoc est, lato gladio, cui acies desit, itemque cum lancea pede altero galeam calcans, aut globum, cum aliis femineo habitu indutis, ut Domitiani nummi, aut Virili; idque varie: Interdum etiam nudi sunt, ut in Galbæ nummo Minervæ non dissimilis ac ROMÆ Deæ, nisi quod illa parazonio careat, hæc vero dextra Victoriæ signum parvum teneat: etsi in nonnullis Galbæ, aliorumque Cæsarium VIRTUS cum eodem Victoriæ signo visitur, quo Virtus ipsa, quæ ipsam tenet, designatur. In nummis aliis Cordi atque Caleni geminæ facies spectantur, id est, VIRTUTIS armatæ atque HONORIS, quæ Latinis Honos dicitur, & inermis pingitur. In averfa parte Italia spectatur, & Roma: Rursum in Vitellii Numismate Virtutem militari habitu videas, & Honorem muliebri forma adscriptis litteris HONOS ET VIRTUS. In Alexandri nummis Imperator est, altera manu orbem, altera hastam tenens, Virtute ac

(\*) Tab. VII. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Tab. VIII. 26. 27. 28. 29. 30. 31. \* Cic. Tuscul. II. \* Cic. I. de Nat. Deor. & 2. de Legib. T. Livius lib. XXVII. C. Plinius lib. 25. c. 10. Plutarch. de Fortun. Rom. M. Viruv. lib. III. Architect. & VII. Val. Max. lib. 2. c. 1. B. August. I. V. de Civit. Dei c. XII. & lib. IV. cap. XXIV. \* Lib. XIV. Epigr. 32.

fortitudine mundum subjugari significans (\*). Apparet autem virili habitu Virtutum, aut mulieris armatæ idcirco pingi solitam, quod a viro, aut viribus, Virtutis \* nomen derivet: masculam fingendo quod fortem esse, qui eam possideat, necesse sit. Ferunt quoque M. Marcellum Virtuti \* templum dedicare cum vellet, atque Honori, augures intercessisse. Non itaque duo templa ædificavit; sed unicum, ut Honoris sanum ingredi posset nemo, nisi per Virtutis templum; ostendens honorem adipisci neminem nisi prius virtutis via graderetur.

B. Ingeniosè excogitatum profecto: verum de Parazonio, cedo, unde natus hic ensis, & cuspidem cur summa caret?

A. In Martiali \* distichon, nisi me fallit memoria, hoc reperias:

Militiæ decus hoc, & grati nomen honoris,  
Arma tribunitium cingere digna latus.

Ex quo efficitur Tribunos militares, quos vulgo nunc Capitaneos nominamus, id genus gladios gestasse sine cuspidem, ut de Rege apum aculeo carere commemorant: quo docemur, eos qui præsumunt, corrigere quidem oportere: non autem iis qui parent minas intentare aut occidere. In nummis cernere interdum est inscriptum VIRTUS EXERCITVS: ut in uno Postumi Tyranni, in quo miles armatus est, non tamen Virtutem designat. In altero Valentiniani Cæsaris nummo, aut Theodosii, dextra videas signum tenere, quod Labarum vocatur: sinistra vero orbem terræ continet, sinistroque pede mancipium calcat. In Manii Aquilii argenteo nummo Virtutis armatæ caput visitur, his litteris adscriptis: VIR-

TVS.

todas, ò en las mas virtudes estàn declarados sus nombres.

B. Dirame V. S. de la Virtud como la hazian en los roversos de las medallas?

A. No pudiera dizir mucho della, y de sus especies, y compañeras, sino topara con un papel estos dias de cierto trabajo que hize en Italia mirando diversos roversos de medallas.

### V I R T U S.

En algunas medallas de Emperadores se haze como una muger Amazona con celada, y parazonio que es una espada ancha sin punta, y con lança, y puesto el un pie sobre una celada, ò sobre un mundo, con los otros vestidos de muger, segun se vee en medallas de Domiciano, y Galieno ahunque en las de Galba està desnuda. Parece mucho à Minerva, y à Roma, pero Minerva no trahe parazonio, y Roma fuele tener en la mano una Vitoria pequeña. En medallas de Cordio Caleno està de una parte dos caras, la de la Virtud armada, y la de la Honra que en Latin dizen Honos desarmada, y compuesta, en la otra parte està Roma y Italia. En otras de Vitellio està VIRTUS ET HONOS. la Virtud como soldado, la Honra como muger. En las de Alexandre està el Emperador con un mundo en la una mano, y en la otra una lança, significando que la virtud sojuzga todo el mundo. Parece que en poner en habito de hombre, ò de muger armada à la Virtud, señalan su nombre a viro vel a viribus, haciendo la varonil, por la fortaleza que conviene que tenga qualquier que tenga virtud. Cuenta se que Marco Marcello queriendo hazer un templo à la Virtud, y à la Honra, no le fue consentido por los Augures, y que el hizo dos, pero de tal manera que por el de la Virtud se entrasse al de la Honra: no consintiendo que se valiesse nadie de pedir honra sin andar por el camino de la Virtud.

Tit. Livi  
lib. 27.  
Val. Max.  
lib. 1. c. 1.

B. Avisado pensamiento por cierto. Pero lo que V. S. dixo del parazonio, de donde se saca? y quien trahia aquella espada sin punta?

A. En Marcial hai un disticho, sino me engaño, con este titulo

Militiæ decus hoc, & grati nomen honoris,  
Arma tribunitium cingere digna latus.

y muestra que los Tribunos militares que eran como nuestros Capitanes, trahian esta espada sin punta: como el Rey de las abejas que dizen que no tiene aguijon. De lo qual se saca que los que mandan no han de matar à sus suditos, sino corregirlos. En algunas medallas esta VIRTUS EXERCITVS. como en una de Postumio, ò Postumo tyrano, donde hai un soldado armado, sino es la misma Virtud. En otra de Valentiniano està el Emperador con la bandera que se dize Labaro en la mano derecha, y con un mundo en la otra, y con el pie yzquierdo pisa un cautivo. En una medalla de plata de Manio Aquilio està la cabeça de la Virtud armada con las letras de su nombre VIRTUS. En otra de Gordiano hai un roverso con una

una



una estatua de Hercules desnudo con letras que dizen VIRTUTI. AVGVSTI. En otra de Maximiano de oro hai el mismo roverso de Hercules desnudo que tiene un ciervo por los cuernos, que fue uno de sus doze trabajos, y hai letras que dizen VIRTVS. AVGG. por *Augustorum*: y conviene este roverso por llamarse Herculeo, y su padre adoptivo Diocletiano Jovio. Tambien à Gordiano conviene la estatua de Hercules por ser de linage de los Antonios, los quales pretendian decender de un hijo de Hercules. Vengamos à la Piedad.

## PIETAS.

En medallas de Druso està la cabeça sola de la Piedad cubierta con un velo, y tiene un ornamento en cima como diadema: El cubrir las cabeças las mugeres en las yglesias es mandamiento de san Pablo. Los sacerdotes en Roma cubrian las cabeças, y los Emperadores sacrificando, como se vee en medallas, y en otros debuxos antiguos, y hai en Vergilio mencion dello; porque los que vinieron huyendo de Troya havian de sacrificar sin que los viesen sus enemigos. En medallas de plata de Decimo Bruto està la cabeça de la Piedad en cabello sin diadema con las letras de su nombre PIETAS. En una medalla de Caligula està de la una parte la Piedad sentada con una patera, ò patena en la mano derecha con la qual solian echar olores en el altar encendido, y de la otra parte hai un templo con un sacrificio con letras que dizen DIVO AVG. por Augusto: en otras tiene la ara encendida delante, y ella como muger que reza alça las manos al cielo. En otras medallas no parece muger sino un sacerdote que haze lo mismo. En otras la muger trahe una arquilla abierta segun creo con los olores. En otras allende la muger con el arquilla, està la ara encendida, y mas claramente parece para que la trahe: en algunas tiene la mano alta como Obispo que dà la bendicion, y tiene un moçuelo cabe si, como un monazillo, que los Romanos dixeron Camilo. En algunas medallas hai solamente diversos vasos de sacrificios, como es la segur para matar las vitimas, el cuchillo para abrirlas, el vaso para recibir la sangre, el aspersorio, y otras cosas semejantes. Todo esto pertenece à la Piedad que se deve à Dios. Para la otra con que se aman los padres, y otras personas. Quinto Metelo Pio puso en sus medallas una cigüeña junta à un rostro de una muger: queriendo por aquella ave dar à entender quien era la muger.

B. Deve ser por lo que dizen que dan de comer los hijos à sus padres quando son viejos.

A. Assi es, por lo qual los Griegos usan un verbo ἀντιπελαργεῖν por remunerar, y tornar las vezes à quien nos ha hecho bien, no hablaria impropriamente quien dixesse cigüeñar, especialmente en verso donde hai mas licencia de usar nuevos vocablos. En medallas de Antonino Pio està una muger que tiene dos niños en los bra-

ços,

(a) *Addit Oavianus Sada*: In altre medaglie si vede la Virtù figurata in altri modi, forse per adulazione, attribuita agl' Imperadori, come fra alcune di queste potrete vedere. *Tab. VIII. 37. 38. 39. Tab. IX. 40. 41. 42. 43. 44.*

ivs. In altero Gordiani Hercules nudus. In averfa parte spectatur, adscriptumque VIRTUTI AVGVSTI. Rursus in altero Maximiani aureo, Hercules similiter: in averfa est cervum cornibus tenens, qui unus est e duodecim illius laboribus; adscriptumque: VIRTVS AVGG. pro *Augustorum*. Cui Imp. probe quadrat imago, quod *Herculeum* se nominaret, ut ejus adoptione pater Diocletianus Jovius dici voluit. Gordiano quoque *Herculis* effigies accommodata, quod esset e gente Antoniorum, qui originem ab Herculis filio derivabant (\*) (a).

## PIETAS.

Nunc de *Pietate* dicendum, cujus tantummodo caput video in Drusi quibusdam nummis, velo opertum, supraque ornamentum forma diadematis. Feminas caput velare in templis præcipit Paulus. Romæ sacerdotes caput velabant, & Imperat. sacrificaturi, quod & Nominata ostendunt & antiquorum picturæ. Meminit & Maro, quod qui Troja fugissent sacrificantes cavebant, ne ab hostibus viderentur. Sic enim vates *Æneam* hoc præcepto imbuit:

*Purpureo velare comas adopertus amictu.*

Ad quem locum Servius, & in Numa Plutarchus, atque in Problematis. In argenteo Decimi Bruti nummo PIETAS cuditur capillata, absque diademate, nomine adscripto. In Caligulæ autem, hinc spectatur *Pietas* sedens, dextra craterem seu patinam tenens, qua thura altaribus igni inspergere soliti. In averfa vero parte, templum erat cum sacrificio, his additis litteris: DIVO AVG. id est *Augusto*. In aliis nummis ara est incensis ignibus: Pone astat *Pietas*, precantis habitu, tendens in cælum manus. Alibi vero non femina, sed sacerdos hac forma visitur. In quibusdam etiam femina arculam portans thure, credo, referat. In alio præter feminam cum capsula, ara est accensa, ex quo liquet clarius quid manibus gestans agat. Alibi manus extendit, ut solent Episcopi benedictionem impertientes. Interdum etiam prope astat puellus, quasi clericus ministrans, quos *Camillos* Romæ nominabant. In quibusdam nummis instrumenta sunt sacrificiorum, quibus victima cædebatur, ut secespita, culter quo discindebatur; ut vasculum, quo sanguis excipiebatur; ut aspersorium aquæ infundendæ; quæ omnia ad pietatem Deo debitam pertinebant (\*). Alteri vero PIETATI, quam parentibus libri debent, aliisque ut præceptoribus. Q. Metellus Pius ciconiam juxta feminæ faciem nummo cudebat, hac ipsa ave ostendens *Pietatis* eam esse\* imaginem.

B. Ideo fortasse quod juniores ciconiæ vetulas alant parentes.

A. Ita est: Hinc & Græci uno verbo αντιπελαργεῖν pro rependere beneficium, ac paria facere dicebant: quod Latinis esset ad verbum, *Ciconiare*, si fas esset vocem cudere, ut Poetis, quibus major est indulta licentia. In Antonini Pii nummis femina spectatur brachiis utrimque infantes amplexa, totidem etiam ad pedes astan-

tes

(\*) *Tab. VIII. 32. 33. 34. 35. 36.*

1. *Cor. II. 6.*

*Æn. III. v. 405.*

(\*) *Tab. IX. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. Tab. X. 54. 55. 56. 57. 58. \* Petron.*

*Arbiter de ciconia: pietati-culturæ, &c. Vide Zenob. in Adag. Cent. 1. & ibi a me notata.*

tes habens, (quæ vocari posset *Caritas* apud Christianos) & altero etiam modo hic designatur (\*). Notandum & illud quod in Sexti Pompeii nummis cufum visitur, ejus qui Cn. Pompeii Magni filius fuit; adscriptis hisce notis, MAG. PIVS. IMP. INTER. PRAEF. CLASS. ET ORAE. MARIT. EX S. C. Et hæc parentis illius imago, Neptuni habitu, & illinc juvenes duo nudi utrimque, quorum alter senem humeris gestat, qui manu viam commonstret: alter feminam porrat flaccidam, at doloris timorisque plenam.

(\*) Tab. X. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65.

C. Verum ecquid Pompejo cum *Pietate* commune est?

A. Dicam: Hi duo juvenes Siculi sunt Catanenses, qui in magno incendio, cui obnoxia est civitas Catana, ob *Ætnæ* vicinitatem (qui mons hodie *Mongibello* vocatur) patrem matremque periculo eripuerunt; dum alii bona fortunæ servare student. Hinc & Pausanias pios dictos, & quotannis festo die cultos ait. Locus quoque in quo eorum erant statux vocatus ab indigenis οὐτεβέων χωρῶ. Factum hoc usque eo temporibus illis prædicatum, quanti solet *Æneæ* pium factum æstimari, qui Anchisem patrem humeris sublatus Trojæ flammis extulit; qui hinc etiam Pii cognomentum invenit.

Pausan. lib. X.

Sum *Pius Æneus*. Nomina laudesque juvenum, qui *Pietatis* symbolum præferunt, exstant apud varios auctores, & in *Ætnæ* poematio, Cornelio Severo a Criticis attributo. Aliis *Philononum* & *Calliam* vocantibus; aliis *Anapium*, & *Amphinonum*; quibusdam etiam *Emantiam*, & *Critonem*. Historiæ etiam meminere, Strabo lib. v. Pausanias in Phocicis, Arist. de Mundo ad Alexandrum in extremo. Val. Max. lib. v. cap. iv. Solinus cap. xi. Polyhistoris, *Ælianus*, *Martialis*, *Ausonius* de claris Urbib. in Catina. *Hanc ambustorum Fratrum Pietate celebrem*. Sed omnium maxime *Claudianus*, qui eos egregio carmine celebravit, cujus hoc initium:

Virg. 1. Æn.

*Aspice sudantes venerando pondere fratres,  
Divino meritis semper honore coli.*

*Iusta quibus rapide cessit reverentia flammæ,  
Et mirata vagas reppulit Ætna faces.*

*Complexi manibus fultos cervice parentes,  
Attollant vultus accelerentque gradus.*

Pompeii autem Magni filius militari audentatione Neptuni filius hic dictus est, seque *Pium* vocat, quod parentis mortem captis armis vindicare studuerit. Dein quod *Metellus Scipio Pius*, pater esset *Corneliæ* matris ipsius; utque hanc *Pietatem* ostenderet, non *Anchisæ* filium posuit *Æneam*, ne *Juliam* gentem sibi inimicam honoraret; verum *Juvenum Siculorum* historiam sumpsit (qua in insula annos est plurimos versatus)

Virg. 2. Æn.

exemplo pietatis longe majoris: *Æneas* enim patrem dumtaxat e flammis extulit: hi vero patrem matremque humeris sustulerunt. Adhæc *Veneris* filius *Æneas* fuit: *Sexto* vero *Pompejus* *Neptuni* soboles dicta, qui *Deus*, longe major potentia est habitus, quam *Venus*, voluptatum *Deliciarumque* *Dea*.

ços, y otros dos en pie cabe si. Esta podriamos llamar la Caridad entre Christianos. Es mucho de notar lo que hai en medallas de Sexto Pompeio hijo de Cneo Pompeio el Magno: en cuyas medallas se dize, MAGNVS. PIVS. PRAEFECTVS. CLASSIS. ET. ORAE. MARITIMAE. Pone una figura de su padre en habito del dios Netuno, y dos mancebos desnudos uno de cada lado; el uno tiene un viejo sentado sobre sus hombros que con la mano señala el camino, el otro trae una muger muy asida, y temerosa que muestra gran miedo, y gran dolor.

C. Que tiene esto que ver con la Piedad, y con Pompejo?

A. Yo lo dire. Estos mancebos son dos Sicilianos naturales de Catania, los cuales en un gran fuego de los que suele padecer aquella ciudad por la vecindad del monte Etna, que agora se dize Mongibel, sacaron a su padre, y a su madre del peligro sacando otros sus riquezas a cueftas. Esto fue muy alabado en aquellos tiempos, y tan estimado como lo de Eneas que sacò a Anchises de Troja por lo qual tambien se llamó *Pius Eneas*. De los nombres, y alabanzas de los dos mancebos, simbolo de la Piedad se halla mencion en una obra que se dize ser de Cornelio Severo, y se le atribuye a Vergilio intitulada Etna, y en Claudiano, y en otros mas antiguos. El hijo de Pompeio por adulacion de sus soldados fuè dicho hijo de Netuno, y llamòse Pio por profeguir la vengança de la muerte de su padre, y porque Metelo Pio Scipion fue padre de su madre Cornelia: y para notar esta su piedad no quiso poner al hijo de Anchises por no hazer honra a la familia Julia que eran sus enemigos; sino tomo de Sicilia donde el estuvo mucho tiempo, otra mayor señal de Piedad: pues Eneas no sacò sino a su padre, y estos a su padre, y a su madre: y si Eneas era dicho hijo de Venus, Sexto era dicho de Netuno por mucho mayor señor tenido que no Venus diosa de los deleites, y vicios.

B.

B.

B. Gustosa cosa es oír llegar tan al cabo los pensamientos de los antiguos.

A. Sino huviese estas imaginaciones en el tratar las antiguallas, no hauria deleite sino trabajo en el estudio dellas. Las dos estatuas de los Sicilianos se veen tambien en medallas de los de Catania, la de Eneas con Anchises en medallas de César, y en las de Marco Herenio. Digamos agora de la Eternidad, si algo rastrearon della los antiguos. Pues tras la Virtud, y Piedad serà bien hablar del ultimo fin dellas.

#### Æ T E R N I T A S.

En medallas del Emperador Tito està como donzella con vestido largo, cubiertos los cabellos con una celada, el un pie sobre una bola, ò mundo, y està arrimada à un cetro con un cornucopia en la una mano. Es donzella por ser la Eternidad incorruta, tiene los cabellos canos por lo qual los encubre, y tambien por que lo eterno carece de principio se cubre la cabeça, tiene el mundo como cosa criada debaxo de si, el cetro puede ser el hado, ò la providencia, el cornucopia es señal de la felicidad, ò bienaventurança. El vestido es largo, y en otras medallas tiene la vestidura con la mano, y no se ciñe, por que lo eterno es muy largo, y nadie lo ciñe, ni comprende. En medallas de Domiciano, y Trajano tiene en la una mano una cabeça con rayos que representa el sol, y en la otra mano otra cabeça de muger con la luna. En otras tiene el velo mas alto que la cabeça por mostrar nuestra ceguedad quan grande es en el principio de lo Eterno. En otras tiene el mundo en las manos. En otras con una mano señala el cielo, como quien dize lo Eterno està en aquel cielo. En algunas esta sentada sobre una esphera donde se veen las cosas celestiales, en la izquierda tiene un cetro, y la otra tiene estendida como señora de todo el mundo. En otras del Emperador Philipo estan estas letras con un elephante que tiene un niño encima que lo rige. En otras està el ave Phenix sobre un mundo en la mano derecha de una donzella. Biven los elephantes mucho tiempo, y mas el ave Phenix que se renueva, y assi es proprio señal de la Eternidad. De la medalla de Tarragona con un templo *Æternitatis augustæ*; dixe poco ha. Hai otros roversos en que señala como se conflagran los Emperadores, y sus mugeres despues de muertos con la misma letra *Æternitas*, como se vee en medallas de Faustina la muger de Pio, madre de la otra Faustina, y señala la eternidad que pensavan que havia alcanzado aquella anima.

B. No tengo que dezir sobre lo dicho, sino que deseo saber, si lo del ave Phenix se puede entender por estas, ò otras medallas, ò antiguallas?

A. Por estas ni por otras antiguallas no se puede saber mas de lo que dizen diversos escritores, à los quales doi yo en esto tanto credito como à Amadis de Gaula, el qual dizen los Portugueses que lo compuso Vasco Lobera.

B. Quantum oblectat antiquorum sensa cognoscere ac penetrare posse?

A. Absque eo esset nulla sane hujus studii Antiquitatis nummorumque jucunditas foret, imo fastidium pareret: Siculi autem duo, de quibus verba fecimus, spectantur & in nummis Catanensium. Æneas autem cum Anchise in Julii Cæsaris Numismatis, & in M. Herennii (\*). Nunc de *Æternitate* differendum, an veteres eam cognoverint: Cum enim de Virtute ac de Pietate dictum sit, reliquum est ut de ultimo fine dicamus.

#### Æ T E R N I T A S.

In nummis Titi Imperatoris *Æternitas* spectatur forma virginis vestitæ longo sirmate: capilli galea teguntur; pede altero pilam calcans, quæ Mundum significat, & hastæ innixa; altera manu cornucopiæ gestans. Virgo pingitur, quod integra sit & incorrupta *Æternitas*. Capillis est candidis, hinc cooperti sunt; dein quia æterna principio carent, hinc caput velat. Mundum, ut rem conditam, sub pedibus habet: hastæ nixa, quia Fatum aut Providentia est. Copiæ cornu felicitatem beatitudinemque designat. Vestis illi demissa, quam in altero nummo non cincta manu tenet: longa enim *Æternitas* est, quam nemo stringit, comprehendit nemo. In Domitiani numismate ac Trajani altera caput tenet radiatum, Solem denotans; altera vero muliebre caput cum Luna. In alio spectatur velum capite longius, ostendens hominis in principio *Æternitatis* cognoscendæ cæcitatem. Sunt quibus altera mundum manu gestat: in aliis vero altera cælum ostendit, significare volens *Æternitatis* illic sedem esse. In nonnullis globo insidet, seu sphaeræ, qua cælestia comprehenduntur, sinistra vero hastam tenet, dextra vero extensa Universitatis sibi imperium vindicans. In Philippi Aug. nummis cuditur *ÆTERNITAS* cum elephante, cui puer insidet manu gubernans. In aliis phœnix avis visitur supra mundum, quem virgo dextra gestat. Vivunt elephanti annos plurimos, longævi: phœnix quoque ex se ipsa renascitur, hinc *Æternitatem* vere representat. De Tarracoeni nummo cum templo sic inscripto: *ÆTERNITATIS AVGVSTÆ* supra differere memini. Exstant & nummi, cujus in averfa parte Imperatorum apotheosis ostenditur: item Augustarum vita sanctarum eodem ipso titulo *ÆTERNITATIS*, ut in nummis Faustinae conjugis Antonini Pii, matris alterius Faustinae; digitum in *Æternitatem*, quasi eam adepta jam esset, intendens (\*).

B. De his nihil habeo quod quæram amplius, nisi forte cognoscere ex te queam, an, quæ de phœnice sparguntur in vulgus, ex his confirmari possint, aut e nummis Antiquitatisque monumentis?

A. Minime vero ex his, neque ex omni adeo Antiquitate, quæ de phœnice varii varie fabulantur auctores, magis confirmari queant, ut vera, quam quæ de Amadiso Gallico otiosæ nugæ ab otiosis aulicis cupide leguntur, atque creduntur. Quarum famularum primum fuisse auctorem *Vascum Loberam* Lusitani jaçant.

(\* Tab. X. 66. 67. Tab. XI. 68. 69. 70. 71. 72.

(\* Tab. XI. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. Tab. XI. 82. 83. 84. 85. 86. 87.

C.

C.

C. Jam & illud, quod me fugerat, de ineptiarum primo auctore didici.

B. Religionisne, ac fidei exstant Nomismata?

A. Exstant sane, *Religionis* tamen pauciora, plura vero *Fidei*, etsi non *Virtutis Theologicæ*.

#### RELIGIO.

Occurret nummus M. Aurelii Imp. cum templo Mercurii, cui subscriptum RELIG. AVG. In altero ejusdem Imp. Mercurii imago est iisdem ambientibus litteris: Item in denario Decii junioris Augusti, idem Deus pingitur his litteris PIETAS AVG. (\*) Cur autem *Religio ac Pietas* hujus potissimum Dei effigie demonstrantur non habeo dicere. Illud tantum, Jurisconsultos nostros *loca appellare religiosa* ubi mortuorum cadavera sita essent, ossa quoque ac cineres.

[\*] Tab. XII. 88. 89. 90.

*Æneid. IV.*

B. Virgilius virgam Mercurio tribuit, qua de morti detrudat animas, & revocet Orco: ut hinc fortasse Religionis aliquam præferre speciem videatur.

A. Asserere id equidem non ausim: ad *Fidem* itaque transeamus, in qua res minus obscura est.

#### FIDES.

FIDEI in nummis præcorum commune symbolum dextræ sunt duplices invicem implicatæ. Quo pertinere putant illa Maronis: *Accipe, daque fidem*. Et alibi: *Junximus hospitio dextras*. Collocant alii sub dextris flores aut spicas, vel caduceum, quibus fructum ostendunt, qui existere solet e *Fide*, *Pace*, atque *Concordia*. In plerisque Nomismatis pericæ seu hastæ cernuntur, quibus eas ferre milites solent Romani, quæ pro signis ac vexillis cohortis cujusque erant, fidem significantes quam Imperatori miles sacramento dedisset. In nummis *Eliogabali* seu *Elagabali* femina spectatur sedens, quæ altera manu turturem teneat, *Fidei* symbolum, quod comparis fidam esse sociam tradant Physici, altera vero cohortis illam hastam tenet, similemque ante pedes lanceam, hoc titulo: FIDES EXERCITVS. In aliis FIDES MILITVM. In Domitiani Aug. nomismatis femina stantis habitu spicas binas altera gestans: altera lancem fructibus plenam aut aviculis, aut cordibus, vel denique, ut existimo, cymbam spicis refertam, sive ea critici mensura est: his circumcirca vocibus adjectis: FIDEI PVBLICÆ (\*) Horatius Flaccus de fide verba faciens: *Et fides albo velata panno*. Virgilius quoque *cana Fides* dixit. Fidem autem proxime excipiat *Concordia*.

(\*) Tab. XII. 91. 92. 93. 94. 95. T. XIII. 96. 97. 98. 99. 100. 101.

#### CONCORDIA.

Spektatur hæc eodem simbolo Dextræ duplicis: quo delegans est Cornelii Taciti locus: *Centurionemque Sisenam dextras, Concordiæ insignia Syriaci exercitus nomine ad Prætorianos ferentem, variis artibus aggressus est*. Et alibi: *Miserat civitas Lingonum veteri instituto dona legionibus dextras, hospitii insigne*. In quibusdam matrona sedens visitur, cum patera aut

*Hist. Aug. lib. I. & II.*

C. Esse es otro secreto que pocos lo saben.

B. De la Religion, y de la Fe hai medallas?

A. Si hai, aunque de la Religion muy pocas, y de la Fe muchas. Pero no es la virtud theologal.

#### RELIGIO.

Una medalla tengo del Emperador Marco Aurelio, donde hai un templo de Mercurio, y debaxo estàn estas palabras, RELIG. AVG. y en otra del mismo Emperador està una estatua de Mercurio con las mismas letras: y en otra del Emperador Decio el moço està la misma estatua con letras PIETAS. AVGG. Por que causa la religion, y la piedad se señalen mas con este dios que con otros, no lo sabre decir. Bien se que nuestro *Jurisconsultos* llaman *lugares religiosos* donde estavan cuerpos muertos, ò sus huesos, ò cenizas.

B. A Mercurio da Vergilio una vara con que puede refucitar muertos; y matar los bivos. Podriase dezir que à estos muertos se proponga esta palabra.

A. Duro se me haze de creer. Passemos à la Fe que no nos fera tan difficil.

#### FIDES.

Lo mas comun en los reversos es haver dos manos derechas juntas: y trahense para esto ciertas palabras de Vergilio: *Accipe, daque fidem*: y en otra parte *Junximus hospitio dextras*. Ponen en otros entre las manos unas flores, ò espigas, ò un caduceo, queriendo señalar el fruto que sale de la fe, paz, y concordia. En otras medallas ponen unos bastones con que llevavan, lo que servia de señal, ò vanderas para cada cohorte, mostrando la fe que han dado los soldados à su Emperador. En medallas de Eliogabalo està una muger sentada, que en la una mano tiene una tortola, ave que muestra la fe por ser tan amiga de su compañera, como se dize; en la otra tiene aquel baston de las cohortes, y delante della està otro tal baston, y hai una letra que dize, FIDES. EXERCITVS. En otras medallas hai FIDES. MILITVM. En otras de Domiciano està una muger en pie que tiene dos espigas en la una mano, y en la otra un plato lleno de fruta, ò de avezicas, ò de coraçones, ò segun creo es una barca con espigas, y medidas de trigo: con una letra FIDES PVBLICA. Horacio dize desta *Et fides albo velata panno*: y Virgilio, *cana fides*. Tras esta vendrà bien la Concordia.

Lib. 8. Lib. 12.

#### CONCORDIA.

Esta letra se halla con la misma devisa de las dos manos derechas y desto hai un lugar claro en Cornelio Tacito, *Centurionemque Sisenam dextras, Concordiæ insignia, Syriaci exercitus nomine ad Prætorianos ferentem*, &c. y en otras medallas està una muger sentada con una patera en la mano derecha, y en la otra un cornucopia. La patera significa ser cosa santa, à la qual

Lib. 18.

qual se le deve honra de sacrificio, y assi tenia la Concordia en Roma templo, el cornucopia señala la abundancia que de la paz, y concordia procede. Algunas medallas tienen este cornucopia doblado, ò por hablar mas claro tienen dos cornucopias, en señal de doblada, y mayor abundancia, y fertilidad, y que se multiplican las cosas con ella. En algunos roversos está en pie, y arriada a una columna, por señalar firme concordia: en algunos tiene un ara, ò altar delante, lo qual se le pone como à diosa, segun diximos que tambien se le da una patera, ò patena. Hallase tambien CONCORDIA MILITVM EXERCITVS, Y EXERCITVVM, Y AVGVSTI, Y AVGVSTORVM, Y CONCORDIA FELIX, Y CONCORDIA ÆTERNA: y en Griego en medallas de Emperadores Griegos OMONOIA.

B. La Concordia tendria bien el plato con los coraçones, pues el nombre señala conformidad de coraçones.

A. La cabeça de la Concordia se halla en medallas de Publio Fontejo Capiton, y de Paulo Lepido. Vengamos à la Paz que parece hermana de las passadas.

## P A X.

Està en algunas medallas la Paz quemando con una hacha encendida un monton de armas. En muchas otras es una doncella, que tiene un ramo de oliva en la una mano, y en la otra un cornucopia. En otras es caduceo, en otras una vara. Es doncella como sencilla, y incorruta, que son señales de buena paz, y con la guerra muchas doncellas padecen. La oliva es señal de gente pacífica, y de embaxadores segun Vergilio: y Minerva à quien es este arbol dedicado fue diosa de las artes, las quales crecen con velar à lumbre de aceite como tambien los estudios, y con aceite se untavan los luchadores, todas estas cosas se multiplican, y crecen con la paz, y se destruyen con la guerra. En el cornucopia hai espigas, y uvas, y otras frutas, y frutos, y la reja del arado, y todo está en el cuerno de Acheloo quando se hizo toro por vencer à Hercules, que le rompiò el uno de los cuernos, y las nymphas lo hinchieron de flores, y frutos, segun dize Ovidio.

Lib. 9. C. De la reja no me acuerdo que diga Ovidio nada.

A. Siempre hai mas en las antiguallas que en los libros: y hase hallado en Roma un cornucopia de metal grande que yo he visto, en el qual claramente se conocia las reja del arado, y despues lo han notado todos los antiquarios; y por maravilla hai cornucopia sin una punta, que es la punta desta reja. Ahunque los pintores han imaginado que sea una piña, y otros otras cosas, como se puede ver en las medallas, ò antiguallas, que andan de molde. Pues con quanta razon

Tom. VIII.

a Ut in Psalm. XLV. v. 10. de Pace: Arcum conteret & confringet arma, & scuta comburet igni. Et Isaiæ II. v. 4. Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces.

b Addit Sada: che in una mano ha un ramo di olivo, e nell'altra un cornucopia. In altre è il Caduceo, ed in altre una bacchetta, ed eccovi le medaglie.

aut scypho in dextra manu, sinistra vero cornucopiae. Patera rem esse sacram denotet, cui sacrorum honos deberetur. Hinc etiam Romæ templum Concordiæ fuit. Cornucopiæ autem ubertatem e Pace atque Concordia nasci solitam, demonstrat. In nummis quibusdam geminum videas Cornucopiæ, vel, ut apertius loquar, duplex est Cornucopia duplicis ubertatis, majorisque fecunditatis argumentum ac fertilitatis, quæ his virtutibus ampliantur. Alibi spectatur stans matrona hastæ innixa, Concordiæ robur designans. In aliis ara incensa ante pedes illius, seu altare, veluti Deæ, cui & patera, ut jam diximus, eo nomine tribuatur. Sunt & plurimi sic in averfa parte inscripti: CONCORDIA MILITVM EXERCITVS, ET EXERCITVVM, ET AVGVSTI ET AVGVSTORVM, ET CONCORDIA FELIX, ET CONCORDIA ÆTERNA (\*). In Imperatorum quorundam nummis Græcis OMONOIA inscribitur.

B. Conveniret probe Concordiæ lanx cordibus referta, unde & nomen derivatum esse videatur.

A. Imago Concordiæ exstat in nummis P. Fonteii Capitonis, & Pauli Lepidi, item L. Vinitii (\*).

## P A X.

De Pace nunc agendum Concordiæ gemina. Videas in nummis Pacem accensa face armorum cumulum inflammare (a). In aliis plurimis virgo est (\*) (b), ut simplex & integra: clara Pacis argumenta. Bello namque virgines contra jus stuprantur ac rapiuntur. Olea signum est pacificatoris, ut Legati, teste Virgilio. Minervæ quoque symbolum est, cui hæc arbor sacra, artium habita præses; quæ artes ad lucernam noctu lucubrando nimum quantum crescunt, in qua lucerna & oleum adhiberi solet: eo denique pugiles in lucta inungi soliti. Hæc sane, ut Pace augentur, sic contra bello evertuntur. In Cornucopia observes spicas, uvas, aliosque fructus, cum vomere, omniaque in hoc cornu, quod Acheloi fuit, cum in taurum mutatus Herculem superare conabatur: qui alterum fregit cornu, quod Nymphæ acceptum floribus, & pancarpio, ut Naso \* fabulatur, impleverunt.

C. Sed Ovidium illum vomeris meminisse, non equidem recordor.

A. Plura sane, ne erres, in Antiquitate quam in libris reperias. Inventumque nostra memoria Romæ ingens æreum Cornucopiæ, visum a me tractatumque, in quo vomer aperte spectabatur, & post Antiquarii diligenter observarunt. Imo raro admodum Cornucopiæ sine apice in medio fructuum videas, quæ acies vomeris seu aratri est: tametsi pictores quidam pinnum, alii aliud quid effingant, ut passim cernere est in editis nominatum libris. Quam ju-

D

sta

(\*) Tab.

XIII. 102.

103. 104.

105. 106.

107. 108.

109. Tab.

XIV. 110.

111. 112.

113. 114.

115. 116.

117. 118.

119. 120.

121.

(\*) Tab.

XIV. 122.

123. Tab.

XV. 124.

(\*) Tab.

XV. 125.

126. 127.

128. 129.

130. 131.

132.

\* Metamorph. lib. IX.

sta autem de causa *Paci* hæc tribuantur, quid attinet explicare, hæc enim copiam rerum gignit, quarum vitæ usus indiget, atque ubertatem, eademque tuetur ac propagat. Bellum contra segetes destruit, arboreque: boves item & agricolas abducit. *Caduceus* virgula divina a nonnullis dicta felicitatis symbolum est, ut dicam, cum de eo differam copiosius: & vero absque *Pace* nihil mortalibus feliciter accidit. In *Claudii Imp.* nummis virgo caduceum ad terram demittit, ubi serpens est, qui veneni sibilo bellum representat, & tamen caput erigat, caduceo tamen vis ejus comprimitur. Pax etiam alteram manum oculis obicit, velumque obtendit, serpentem ne videat; volens significare quisquis hunc nummum cudit, belli odium. In *Vespasiani nummo* muliebri caput cernitur, his etiam insculptis litteris: *PACI ORB. TERR. AVG.* (\*) Cui ut *Deæ templū Romæ* exadificavit, cujus hodie ruinas juxta templum *Sanctorum Cosmæ & Damiani* spectamus. In *Græcis Locrensi* nummis sedentis habitu & alata visitur, gestans caduceum, *Legatorum in Pace* faciendâ insigne, his litteris adscriptis: *ΕΙΡΗΝΗ*. Alæ attribuuntur tanquam spiritali: & supra terram se tollit, veluti cælestis. Sedes autem robur, constantiamque significat, ut felicitatem caduceus, ut jam dicere memini. Extant & hi tituli: *PAX ÆTERNA*, *PAX PVBLICA*, & *PAX AVGVSTI*, & *AVGVSTA* (\*).

(\*) Tab. XV. 133. 134.

(\*) Tab. XV. 135. 136. 137. Tab. XVI. 138. 139. 140. 141. 142. 143.

B. *Græcum* hoc nomen nonne idem *Augustæ* fuit, quæ *Concilium septimum adversus Iconomachos* indici curavit?

A. Idem sane utriusque nomen. *IRENE* enim conjux fuit *Leonis pessimi Imp. Constantinopolitani*, & *Constantini mater*, a quo post *Concilium illud Nicænum alterum*, dissenfit, & alteri alter mortem machinabatur, ipsa etiam nubere *Carolo Magno Occidentis Imp.* voluit.

C. An hic igitur *Leo* est, de quo auctor *Orlandi furiosi* canit?

A. Non sum adeo furiosus ut id asseverem.

B. Quod vulgo de *Pacis* templo jactatur, collapsum nimirum nascente *CHRISTO*, & quotannis decidere eodem ipso natalis tempore, verumne sit an fabulosum, *Romæ* comperisti?

A. Minime vero. Certus enim a *Vespasiano* esse constructum, nihil ultra erat cur quærerem. Anus tamen quædam, memini, narrabat non *Natalis modo CHRISTI nocte*, sed multis aliis anni festis ruere in dies, vetustate scilicet, quæ verior narratio, caussaque existit.

S P E S.

B. *SPEM* qua ratione pingit *Antiquitas*?

A. Audies: & valde distat usitata pictura a prisca; quantum interest inter *Spem Theologicam*, & *Romanorum gentilium superstitione imbutorum*. Hæc enim in omnibus nummis juvenulæ specie visitur, hilari vultu, vesteque demissa ac pellucida & discincta, quæ & digitis dextræ herbam teneat trium dumtaxat foliorum:

se de todo esto à la paz no es menester declararlo, siendo ella la que multiplica, y causa la abundancia de todo lo que nos mantiene; y la guerra destruye las mieses, y los arboles, y los bueyes, y los labradores. El caduceo que otros dicen virgula divina es señal de la felicidad, como diremos tratando della, y no hai cosa feliz sin paz. En medallas de *Claudio* abaxa esta donzella el caduceo hazia el suelo, donde està una culebra que por su veneno, y obras representa la guerra, y aunque se iba erizando hazia arriba, parece que siente la fuerza del caduceo, y se le humilla, y la Paz con la otra mano se pone delante los ojos, y la cara un velo por no mirarla. Todo este aborrecimiento quiso señalar el que hizo la medalla singularmente. En medallas de *Vespasiano* està solamente una cabeça de muger con estas letras *PACI ORB. TERR. AVG.* y à esta como à diosa hizo un templo, el qual oy en dia se muestra derribado en *Roma* cabe la Iglesia de san Cosme, y san Damian. En medallas Griegas de *Locrenses* està sentada con alas, y tiene un caduceo en la mano con estas letras, *ΕΙΡΗΝΗ*. Las alas se le dan como a cosa espiritual, y que se alça de la tierra por ser cosa divina, està sentada por su firmeza, y assiento: del caduceo ya queda dicho que significa felicidad. Hallase tambien *Pax Æterna*, *Pax Publica*, y *Pax Augusti*, y *Augusta*.

B. Esse nombre Griego es el mismo con el de una Emperatriz que hizo juntar el Concilio setimo contra los que maltrataban las imagines de los Santos?

A. Todo es un nombre. *IRENE* se decia la muger de *Leon* un malvado Emperador de *Constantinopla*, y madre del Emperador *Constantino*, con el qual despues desse concilio *Niceno* se desavino, y se procuraron la muerte el uno al otro, y ella quiso casar con el Emperador de Occidente *Carlos Magno*.

C. Luego esse *Leo* será aquel de quien habla el que compuso à *Orlando el Furioso*?

A. No quiero ser tan furioso, que averigüe estas cosas.

B. Lo que se dize de *Templum Pacis*, que cayò quando nació *Christo*, y cae cada año al mismo tiempo, halo averiguado V. S. en *Roma*?

A. No por cierto, porque como supe que aquel templo fue fecho por *Vespasiano* no havia mas que tratar desso. una vieja me dixo que no solamente aquella noche, mas otras muchas fiestas del año cae: y esto se puede tener por cierto.

S P E S.

B. Como hazian los antiguos à la *Esperança*?

A. Yo lo dirè, y es harto diferente de la pintura de los modernos, como tambien la *Esperança* de los Theologos, y la de los Romanos Gentiles, cuya comun pintura en todas las medallas es de una niña alegre, que con un vestido largo, y transparente sin ceñirse con dos dedos de la mano tiene una yerva de tres hojas, y con la otra ma-

no

no se alça la ropa, y parece que camina con las puntas de los pies.

B. Con deſſeo eſpero ſaber diligentemente la cauſa de cada coſa. Porque es niñá?

A. Por què comiença como los niños, y porque como dellos ſe tiene eſperança que ſerán buenos, aſſi lo que hombre eſpera, no lo goza ahun perſetamente.

B. Por què eſtà alegre?

A. Porque cauſa alegaria qualquier ſeñal de lo que hombre eſpera.

B. Por què es ſu veſtido largo, y trasparente?

A. Porque todas las eſperanças ſon largas, y por ellas ſe traluze lo deſſeado.

B. Por què no ſe ciñe?

A. Porque ahun no toma, y aprieta la verdad ſino aquello que el aire lo paſſa de aca para alla.

B. Que es lo de la yerva de tres hojas?

A. Yo pienſo que es lo primero que ſale del grano ſembrado, y eſte es el verde que dezimos de la eſperança, y aſſi como los panes nuevos de ſu color, y principio nos dan buena, o mala eſperança de la cogida: aſſi es razon que ſe repreſente deſta manera.

B. Por què camina de puntillas?

A. Porque no eſtà firme, como lo que ſe alcança, ſino con ſobrefalto: y ſiempre ſe nos antoja ſer mayor lo que deſſeamos, que deſpues que lo tenemos.

B. Ya no tengo mas que preguntar ſobre lo dicho: ſino que deſſeo que venga V. S. à la Juſticia; cuyo ſacerdote ha ſido, y es tanto tiempo.

A. Y v. m. lo es, y ſera plaziendo a Dios, largos años.

### J U S T I T I A.

En medallas de Tiberio Ceſar eſtà la cabeça de la Juſticia, ſegun la pinta Chriſippo, y lo refiere *Lib. 14. c. 4.* Aulo Gellio, donzella incorruta, ſin afeites, ni ornamentos delicados, ſevera, y biva, con diadema ſembrada de roſas: porque à los Reyes toca hazer juſticia, y della ſale tan buen olor como de las roſas. En otras medallas de Hadriano, y de Antonino Pio, y de Alexandro Emperador eſtà ſentada con una vara, ò cetro en la mano, y una patera en la otra: ſentada por el repoſo que conviene à los ſabios, y por eſſo la ſentencia ſe ha de dar por el juez aſſentado; el cetro por el mando, ò gobierno del mundo, la vara por la medida, la patera por ſer coſa divina.

B. Nunca ſe vee con la eſpada, y las balanças?

A. Yo no la he viſto en medallas. Pero las balanças trahela Equidad, de la qual quiero hablar agora.

### Æ Q U I T A S.

En todas las medallas es una donzella que eſtà en pie, y en la una mano tiene unas balanças iguales, y en la otra una vara. Eſtà en pie al igual con todos, y el peſo, y la vara igualan lo que

rum: ſiniſtra vero veſtis laciniam tollit, ac pedum ſummis articulis ambulat (\*).

B. Vehementer ſcire aveo piſturæ cauſas: Imprimis vero cur juvencula?

A. Quia tunc incipit *Spes*: utque pueri ſpem bonam de ſe concitant, viros ſe probos fore, quodque in ea ætate *ſpes* non res, ut Cicero ait, laudari ſoleat; ad eundem modum ſperat quiſque, non tamen re plene potitur.

B. Sed cur hilaris?

A. Quod omne quod ſperat homo hilaritatem adferat.

B. Veſtis quare longa ac pellucida?

A. Quia ſpes omnis longa, & ſic res deſiderata transparent.

B. Quamobrem diſcineta?

A. Quod nondum comprehendat rem veram, ſed ventis huc illuc rapitur.

B. Herba trifolii quid notat?

A. Credo equidem primum, quod jaſto grani ſemine exiſtit, germen eſſe, cujus adhuc *Spes in gramine eſſe* veteri Verbo dicitur: utque granum recens colore ac tempeſtivate bonam malamve ſpem meſſis concitat.

B. Cur ſummis pedum articulis incedit?

A. Quia non ſtat ſolida, quaſi res ſit adepta, neque timore caret, ſemperque uluvenit ut major res quæque appareat dum expetitur, quam dum poſſidetur.

B. Non habeo quod hic quæram amplius: optarim tamen te ad *Juſtitiam*, cujus ſacerdos es, & pridem fuiſti, accederes.

A. Es & tu, ſiſque annos plurimos precor.

### J U S T I T I A.

Tiberii Cæſaris nummi Juſtitiæ imaginem præferunt: qua forma Chryſippus, teſte Aulo Gellio, depinxit; nimirum virgo eſt integra, ſine fuco, deliciis & ornamentis, ſevera, vivida, ac diademate roſeo: quod Regum ſit munus *Juſtitiæ* adminiſtrare, unde fragrans odor, velut e roſis emanat. In alio nummo Adriani, item Antonini Pii, & Alexandri Severi Auguſtorum, ſedentis eſt habitu, ſiniſtra virgam tenens, dextra vero pateram geſtat. Sedet autem, quod ſapientem maturitas ea deceat: atque ideo ſententiam pronuntiatuſi Juſtitiæ ſedebant, ut Juſtitiæ ſedere dicerentur, quemadmodum *ſtantes* Oratores dicebant. Sceptum notat imperium mundi ac Reip. adminiſtrationem: quamobrem & virgam geſtat. Patera vero divinitatem ſignificat (\*).

B. Reperiturne gladium geſtans & balancem?

A. In nummis nondum equidem vidi, balancem tamen in *Æquitate* videas, de qua proxime dicendum.

### Æ Q U I T A S.

ÆQUITAS omnibus pene nummis virgo eſt erecta, que dextra balancem teneat, pondere æqualem; altera vero ſcipionem aut virgam geſtat (\*). In promptu ratio eſt, quia omnibus æqua,

D 2

(\*) Tab. XVII. 144. 145. 146. 147.

Lib. XIV. Noſ. Atic. cap. IV.

[\*] Tab. XVII. 143. 149. 150. 151. Tab. XVII. 152.

(\*) Tab. XVII. 153. 154. 155. 156. 157.

&

& pertica metiri loca solet. Hinc & Latini *Æquare* dixerunt: Quidam nummi cinctam exhibent, alii discinctam, ac sedentem. Reddi vero singulorum ratio potest.

B. Quomodo fieri id potest in re adeo contraria, ratio ut reddi queat?

A. Contraria non sunt, si recte interpreteris. Sedet enim ea ratione, quam de *Justitia* jam exposui, hoc est, ab effectu maturitatis, quæ illius propria: discincta vero quod subiici nolit; & in aliis nummis cincta stat, quod rationi se accommodet, utque æris summa æqua sit at iusta necesse sit.

B. Veri hæc magnam continent similitudinem.

A. Ridiculum est Regum Neapolitanorum inventum, qui monetam olim cudebant, cum titulo *EQVITAS REGNI*, equo impresso, a quo & monetæ nomen illic invaluit, quasi Caballinum. Nec desunt, qui insignia esse urbis Neapolis affirmant.

C. Audivi qui narraret, haud scio an joco, Neapolitani Regni insignia equum esse infrenem, cum clivellis antiquis, & calces ille jaceat, ut excutiat, aliudque dorso accipiat, quod ephippium stringat magis, ut majora gestet onera; ducta hinc occasione, quod cupide Dominum identidem mutare studeant Parthenii illi.

A. Equi certe regni Neapolitani, ut generosi magni sunt precii, & Equites generosi, multaque Nobilitas illustri item & vetus.

B. *Clementia ac Moderatio*, quid ab *Æquitate* differunt?

A. Antiquitus diverse signabantur.

#### CLEMENTIA ET MODERATIO.

In Tiberii Cæsaris nummo spectatur *CLEMENTIA* non obliqua facie, sed plana & integra. Rex enim *Clementiam* adhibens summa utitur majestate. In Vitellii Augusti sedentis habitu est ramum lauri dextra tenens, sinistra vero baculum, longiuscule remotum. Sedes autem quietem animum notat: scipio vim, auctoritatemque, qua sine rigore utatur. Lauro autem qui Deos violasset, expiari solet. In Hadriani nomismate stat hastæ innixa, dextra vero pateram gestat, adscriptis litteris: *CLEMENTIA AVG.* (\*) Transeo ad *Constantiam*, quæ, ut & *Virtus* ipsa in nummis pro *Fortitudine* cuditur: ut *Providentia* loco *Prudentiæ*.

[\*] Tab. XVII. 158. 159. 160.

#### CONSTANTIA.

Duobus hæc modis visitur in Claudii Imp. moneta, cum sedentis, tum stantis habitu (\*). Stans capite galeam gestat, & sinistra scipionem seu sceptrum: utraque indicem dextræ manus faciem versus tendit, quasi constanter aliquid affirmantis. Sedens autem inermis est, virga carens, requiem ostendens ac firmum robur: illa militari est habitu, sago induta ac paludamento in tergum demisso, ut *Fortitudinis* sociam dixeris ac *Justitiæ*. Decet enim milites, juxta ac Judices *Constantiam* adhibere: hinc duplex ea for-

(\*) Tab. XVII. 161. 162.

que se mide, y se pesa. *Æquare* en Latin quiere dezir igualar. Algunos la hazen sin cintura, y otros ceñida, y sentada, y para todo se halla que dezir.

B. Como es esso? para cosas tan contrarias no puede haver razon que concluya.

A. No son contrarias de la manera que se toman, pues dizen que està sentada, por lo que diximos de la Justicia, para tratar con reposo de lo que haze, y que està sin cinta por no fugetarse; y en otras partes con ella por igualarse con la razon, y porque los pliegos vayan iguales, y justos.

B. Algun color tienen essas razones.

A. Cosa es de reyr la invencion de los Reyes de Napoles que ponian en sus monedas un roverso de un cavallo con estas letras *EQVITAS REGNI*. y deste cavallo vino el nombre de los Cavallotes moneda pequeña de aquel reyno, y algunos dizen que son las armas de la ciudad de Napoles.

C. Oido he contar que uno dixo por burla, que las armas de Napoles eran un cavallo sin freno con un albarda vieja tirando coces por quitarsela, y tomar otra nueva la qual le apriete mas, y pueda llevar con ella mas carga, tomando ocasion de la gana de mudar señores que hubo alli otro tiempo.

A. Los cavallos de aquel reyno son muy estimados, y la cavalleria, y nobleza es mucha, y muy ilustre, y muy antigua.

B. La Clemencia, y Moderacion son diferentes de la Equidad?

A. Differentemente las pintan los antiguos. *CLEMENTIA*, ET *MODERATIO*.

A. Docuimus jam libro singulari De Familiis Romanorum, a Fulvio Ursino Romæ primum edito, qui ab uno eodemque originem traherent, ut a Julio Casare Julios dictos, & qui a Cosso Cornelios; a Valefo Valerios: sicque Gentiles omnes Juliam Familiam dictam, aut verius restiusque gentem Juliam. Hac gentes, velut arborum trunci in alios ramos, (qui Stirps ac Familia dicebantur) varie derivati: unde cognomina illis, ut a gentibus Nomina deducta in Jus plerumque exeuntia. Verbi gratia, a Juliis deducti Casares & Libones: A Corneliis Scipiones & Lentuli: A Valeriis, Maximi Poplicola, & Messalla. Quæ stirpes hodie Familie nominatæ: & Latinus sermo Familiam usurpat pro ejusdem domus inquilinis, vocaturque Pater, mater, & filius familiae. Ad eundem nunc modum dixi in gente Marcia, Familias fuisse, Philippos, & Censorinos, quorum ille gentis suæ signum aquam Marciam, cum Arcubus Monetatis III. Vir cudit, quibus equestris statua imposita, & antica parte Ancus Rom. Rex; alterius vero familiae Censorinorum unus Fornices collocat, cum clavo, Vitoriaque statua: & in averfa nummi parte Numæ & Ancii Regum geminas effigies titulosque (\*).

C. Credat quis fortasse qui in hujusmodi nummos incidit, Regum temporibus cufos fuisse? (\* Tab. XLIII. 32.

A. At qui tempora attentius considerarit, fieri non posse facile animadvertat. Primum, quia Philippi illius nummus argenteus est. Argentea autem moneta Romæ cula non est, nisi quarto quintove ante primum Punicum bellum anno. Deinde Philippus & C. Censorinus non Ancii Marcii æquales fuerunt, sed ab eo originem, ut ipsi quidem videbatur, ducebant. Quamobrem ex his nummis, similibusque id genus, hanc Regulam statui, quæ de omnibus fere cufis ante Tiberii Cesaris imperium valere potest: „ nimirum argenteos primos nummos Romæ nomen „ dumtaxat, ad eamque urbem, ac Deos ipsius „ tutelares pertinentia præferre. Post vero cudi „ quoque cœpta sunt nomina Tribunorum „ Metalium: Denique etiam quæ ad gentem „ Familiamque cujusque pertinerent, idque ad imperium usque Augusti ac Tiberii“. Ejus rei exemplum jam dedimus, sed alio transeundum. In argenteo quoque nummo caput visitur nomenque integre scriptum P. ACCOLEIVS LARISCOLVS, in antica parte tres Nymphæ in larices arbores mutatæ, quæ fortasse Phætonis sorores fuerint (\*). Nascitur hæc arbor ad Padi ripam, quem fluvium Græci Eridanum vocant, ignique resistit ut M. Vitruvius (a) Julii Cesaris docuit experimento. Hic igitur Monetatis Accoleii Lariscoli nomen induit, quod Pado vicinus esset (hoc enim Accola (b) nomen designat): cognomen

(\* Tab. XLIII. 34.

a Vitruv. lib. I. Architect. cap. 9. & Plin. lib. 16. cap. 10.

b Sic Cornelius Nepos Padi Accola nominatur a Plinio lib. 3. Nat. hist. cap. 18. & lib. 9. cap. 39. & lib. 10. cap. 33.

tum vero a larice arbore ductum, & a Cæsare Romana donatū civitate credibile est, ac Monetalem creatum: unde fortunæ suæ symbolū hocce cudendum curavit vel ipse, vel certe liberi ejus, aut nepotes. Quæ cum ita sint, dubium non est, minimeque mirandum Ciceronis cusos ætate fuisse nummos imaginibus primorum Consulium: quemadmodum in M. Bruti nummis effigies est L. Bruti primi Consulis ejus qui Remp. populūque Rom. exacto Tarquinio Superbo in libertatem vindicavit. In aliis spectatur, inscriptumque est AHALA, & BRUTUS, ut initio secundi Dialogi ostendimus.

B. Magnam mihi profecto lucem Nomismatis iis intelligendis attulisti, quæ temporibus confundi videbantur; & tua quoque explanatio mire quadrat. Verum ad Romana revertendo ædificia, quid, amabo, Puteal est Libonis? quod delinatum videre memini, typisque adeo excusum, quasi fenestra fuerit, ostiumve; qua fenestra rei criminis capitalis in vinculis compacti causam dicentes audirentur. Ferunt & Cordubæ in Bœtica fenestratum hujusmodi lapidem hodieque ostendi, Puteal, nescio cujus dictum. Adhæc fidei faciendæ laudari video auctorem Aristotelem in Politicis.

Jac. Re-  
vardus in  
Variis, &  
Lambinus  
in Hora-  
tium.

A. Equidem legere memini Joann. Genesii Sepulvedæ epistolam, qua testaretur Cordubæ Aristot. ut civem vindicari, cujus etiam auctoritate lapidem illum interpretando tuerentur. Credo ego Stagiritā Philosophum in Politicis (a) non de incude, aut putei ostio Thaddæi, qui Cordubæ est, locutum, ac ne de Puteali quidem Scribonii Libonis, verum de ratione judicandi Athenis Atticis, vel alterius urbis Græciæ. Qui vero asserunt quod in nummis spectatur, tribunal esse, seque Latinorum scriptorum tuentur auctoritate, qui ad Puteal dicunt, hoc est, juxta Puteal causas agi solitas, nihil agunt, nec mihi persuadent. In promptu causa est: AD enim non IN ibi significat, sed apud ut de aliis rebus ac negotiis adhiberi solet, quæ Ad Janum, id est, apud Jani statuam gererentur. Puto equidem, quantum assequor, fulminis radius foro Romano cum incidisset, sacris locum expiasse: qui dum locus habitari non posset constructa æde Puteal nominasse. Juxta etiam cotem positam, cum novacula, qua Accius Navius regnante Tarquinio, cotem dissicere dicitur: cujus rei meminit, nisi fallit memoria, M. Tull. lib. De Divinat. Livius item, & Dionysius Halicarnassensis. Juxta autem sedem Magistratus collocabant sive Prætor, sive Ædilis, causas audientes, & actores litium, judicando, multa que definiendo. Hinc Flaccus ait poeta:

Cic. lib. 1.  
de Divinat.  
Liv. lib. 1.  
Dionys. lib. 3.

— Forum, Putealque Libonis

Mandabo siccis; adimam cantare severis,  
significans causas forenses, quales ad Puteal agerentur, sobriis non ebriis esse committendas, quos ebrios cantare ac saltare magis quam graves ac severos homines deceret. Qui autem aram seu altare hic spectari affirmant, eos fugit credo ratio,

tam-

a Barathrum Athenis locus Judicii apud Jul. Pollucem, & in Politicis Arist. De quo loco varie Genesius Sepulveda, Victorius, & Camer.

de la ribera) que estava cabe el Po, y el sobre-nombre es conforme al nombre del arbol, y es de creer que Cesar lo hizo ciudadano Romano, y le dió aquel officio de Monetel, y el puso una empresa conforme à su ventura: y fino fue el mismo, fue un hijo suyo, ò decendiente: y assi no es mucho que en medallas del tiempo de Ciceron se hallen cosas del tiempo de los primeros Consulles, como es en las monedas de Marco Bruto el primer consulado de Lucio Bruto que es el que dió causa à la libertad del pueblo Romano quando echaron al Rey Tarquinio Superbo: y en otras medallas puso à AHALA, y à BRUTO como ya queda dicha.

B. Vuestra Señoria me da gran luz para entender muchas medallas, que me parecia que confundian los tiempos: y la interpretacion de las ya dichas pienso que conviene mucho. Pero tornando a los edificios de Roma, quæ es lo del Puteal Libonis? que he leido en ciertos papeles de mano, y en algunos de molde que eran ciertas ventanas, ò agujeros por los quales escuchavan à los presos de graves delitos: y dizen que en Cordova hai una piedra de otra tal ventana dicha Puteal de no se quien, y ahun veo que alegan à Aristoteles para esta interpretacion.

A. Acuerdome haver leido en una carta del dotor Juan de Sepulveda, que en Cordova pretendian que Aristoteles era de Cordova, y assi los mismos interpretan con el Aristoteles de Cordova sus piedras: yo pienso que el Stagiritas no habla ni del pozal, ò brocal de Tadeo de Cordova, ni del Puteal de Scribonio Libon: fino de la manera de juzgar de Athenas, ò de otra ciudad de Grecia. Los que pretenden que el que se vee en medallas sea tribunal, y fundan su opinion con escritores Latinos que dizen ad Puteal, (que es cerca del Puteal tratarse causas) tampoco pruevan su intencion: pues la palabra AD no quiere dezir IN fino cerca, como se dize de otros negocios que se tratavan ad Janum, cerca de la estatua de Jano, y quando escribe Torres Naharro; Al pozo blanco los dan: no lo dize porque dentro del pozo diessen los dineros, fino en el barrio del pozo. Lo que yo tengo entendido es, que en el foro Romano cayeron unos rayos, y que en aquel lugar hizieron ciertos sacrificios apropiados para limpiar el lugar, y porque no sirviesse para otra cosa pusieron alli un edificio llamado Puteal: y creo que alli cerca se puso la piedra, y la navaja que corto la piedra en tiempo de Attio Navio, y del Rey Tarquinio de Roma, como creo se hallara en los libros de divinatione de Ciceron, y en Livio, y Plutarcho. Cerca deste lugar solia poner un magistrado fuefse Pretor, ò Edil, su silla, y oir los abogados, y las partes, y juzgar, ò decernir muchas cosas:

— Forum, Putealque Libonis,

Mandabo siccis; adimam cantare severis,  
dize Horacio. Pretendiendo que el tratar las causas forenses, y del Puteal no se havia de ha-

zer

Cic. lib. 1.  
de divinat.  
Liv. lib. 1.  
Dionys. lib. 3.



zer por los que huvieffen bevido, à los quales esta mejor que canten, y no à los hombres severos, y graves. Los que dizen que lo que se vee es una ara, tampoco me parece que tengan razon, ahunque Dionysio señala que havia una ara alli. En algunas destas medallas he visto un rayo debuxado à lo baxo deste edificio, y haze por la opinion de que fuesse puesto para el bidental, que creo assi llamavan al lugar profanado por el rayo.

B. Porque se dize *bidental*?

A. Porque con alguna, ò algunas ovejas dichas *bidentes* se purificaba.

B. Y hai ovejas que no tengan mas de dos dientes? como dezia un Gramatico en tiempo de

Gell. lib.  
16. c. 6.

Aulo Gelio, ò Macrobio.  
A. Nunca las he visto, pero de dos años se entiende. Las palabras de Ciceron que hablan del Puteal son estas *Coem illam, & novaculam defossam in comitio, supraque impositum Puteal accepimus.*

B. Por estas palabras no entiendo que huvieffe alli rayo, sino que el Puteal fue puesto para cubrir el lugar donde estava aquella piedra, y navaja milagrosa pero querria saber que llama comitio.

A. La parte del foro descubierta donde se podia juntar la gente para los comitios; como era para oír las conciones, ò pláticas de los Oradores, ò de los Tribunos, ò de los Consules, ò de otros magistrados, y para votar en las cosas que no se tratavan en los comitios centuriatos.

B. Que son estos comitios centuriatos?

A. Havia tres fuertes de comitios, centuriatos, curiatos, y tributos: en los centuriatos se hallava todo el pueblo Romano assi nobles, y patricios, y senadores como los demas del pueblo Romano: y partianse por cinco classes, y cada classe por cierto numero de centurias: y tenianse estos comitios en el campo Marcio fuera de Roma. En los curiatos se partia el pueblo por treinta curias, de las quales podian ser tambien senadores como plebeios, y creo que se tenian en alguna curia. En los tributos el pueblo se partia por tribus solamente, y no havia patricios ni senadores, y estos se tenian en el comitio ya dicho.

B. Que diferencia hai de centurias à curias, y tribus?

A. Temome que nunca acabaremos: vea v. m. el libro de Nicolao Grucchio *de comitiis*, pero en una palabra. Romulo partió el pueblo en treinta curias, Servio Tullio en cinco classes, y cada classe en ciertas centurias: las tribus al principio fueron pocas, despues fueron treintacinco: y al principio las centurias no se nombravan por nombre de las tribus, como acaecio despues: pero desto trataremos otro dia. Bolvamos al Puteal que segun Ciceron estava en el comitio, que es en el foro Romano, y donde se solia juntar mucha gente, y segun algunos autores alli cerca estava la higuera debaxo la qual dio la loba las tetas à Romulo, y Remo.

Dionys.  
lib. 3.

tametsi Dionysius Halicarn. aram ibi collocet. In quibusdam fulgor sub edificio cufum video: quæ res eorum favet sententiæ, qui *Bidental* interpretantur, hoc est fulguris radio istum locum (\*).

[\*] Tab.  
XLIII. 35.  
36. 37.

B. Sed cur, quæso *Bidental* locus dicitur?

A. Quod una alterave pecude, quas *Bidentes* nominabant, expiaretur.

B. Reperiturne pecus uno alterove dente, ut illa apud Agellium ac Macrobius Litterator asserit?

Agellius lib.  
16. cap. 6.  
Macrobius lib.  
6. Saturn.  
cap. 9.  
Cic. 1. de  
Divinat.

A. Nunquam videre mihi quidem contigit, sed pecudem duorum annorum interpretor. En tibi Ciceronis ipsa de Puteali verba: *Coem illam, & novaculam defossam in Comitio, supraque impositum puteal accepimus.*

B. Nulla in his verbis fulguris mentio, tantum tectum locum Putealis, ubi cos esset & prodigiosa illa novacula humo condita: sed quid hic (*amabo te*) *Comitium* est?

A. Fori Rom. pars est tecta, quo ad Comitium convenire populus posset audiendis causis & Oratorum, Tribunorum, Consulum, alteriusve Magistratus orationibus. Adhæc suffragiis dandis, in centuriatis Comitium.

B. Quod hoc *Comitiorum* genus est?

A. Triplex *Comitiorum* genus Romæ fuit, puta *Centuriata*, *Curiata*, & *Tributa*. *Centuriatis* universus Populus Rom. coibat, Nobiles, Patricii, ac Senatores, plebsque Rom. quæ quinque in classes distincta: & hæc rursus centuriis dividebantur; hæc in Campo Martio extra urbem Comitium habebantur. *Curiatis* autem populus triginta Curias distinguebatur, quibus cum Senatores tum plebei comprehensi, & forte in curia aliqua conveniebant. *Tributis* denique per tribus tantum populus divisus, in quibus nec Patricii, nec Senatores numerati. Et hæc in Comitio, ut diximus, conveniebant.

B. Sed quid, quælo, differunt *Centuria*, *Curia* & *Tribus*.

A. Hic exitum non facile reperiam. Lege potius Nicolaum Grucchium *de Comitibus*, & Carolum Sigonium homines eruditissimos: Uno & verbo absolvam: Romulus urbis conditor Populum Rom. triginta curiis distinxit: Servius Tullius quinque classibus & classes vicissim centuriis divisit. *Tribus* autem principio paucæ; post quinque & triginta fuerunt. (*Quarum recenset nomina singularim Paulus Manutius. Notis ad Epist. Cælii lib. VIII. Epist. M. Tullii ad Famil. & Didacus Covarr. Jureconf. egregius Resol. Variarum lib. IV.*) *Centuriæ* vero initio, non *Tribus* nomine, ut post accidit nominabantur. Verum de his alias erit dicendi locus. *Puteal* interim repetamus, qui locus, ait Cicero, in *Comitio*, j. Foro Rom. fuit, quo & populus conveniret: juxtaque ficus erat Ruminalis, sub qua Lupa Romulum ac Remum lactavit.

Ant. Au-  
gust. lib. de  
Legibus.  
Dionys.  
lib. 3. ἀρ-  
χιστ.

B.

B.

B. Quid sibi vult in his nummis juvenis caput fascia aut diademate revinctum?

A. Rem inscriptæ literæ declarant: *BONI EVENTVS*. Quadrat hoc partim in causas feliciter ad Puteal actas: partim in Tributa Comitiam, quæ in comitio agebantur. Refert C. Plin. Praxitelem duas e marmore statuas in Capitolio collocasse, unam *Boni eventus*, *Bonæ fortunæ* alteram. Euphranorem quoque *Boni eventus* statuam fecisse, quæ dextra pateram, sinistra vero spicam ac papaver teneret.

Lib. Natur. hist. 34.c.8.

B. Carcerne adhærebat, ut tanquam fenestra aut transfenna videretur an rei dimissi essent, ut Cordubæ solet?

A. Imo longius *Carcer* aberat: de cujus situ mire variant antiquariorum sententiæ. Templum hodie ad Capitolium visitur *S. Petri in carcere Tull.* dictum, ubi horribilis carcer spectatur, qualem ita Sallust. describit: *Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur*. Verum longe a Foro distat, & Comitio.

B. De *Cordubensi Puteali* quid censes?

A. Lapidem fuisse opinor putei alicujus *Thaddæi* nomine.

B. Nihil hic latet aliud?

A. Nihil, mea quidem sententia: & vero *Thaddæi* nomen satis clamat non esse hominis Rom. neque Græci Pergamusitaque.

C. Mane quæso, amice magne & interice pace tua quod liceat. In Pierii Valeriani hieroglyphicis *Puteal Libonis* depictum vidi, duabus utrimque lyris, hæc quæso quid significant?

A. Non habeo dicere: Illud tantum, Pictoris vitio factum videri, quod ea tempestate nullus esset ejus lyrae, aut citharæ usus, quæ arcubus non plestris feriuntur, nisi forte credit bonus Pierius transfennas utrimque ad Puteal lyrae veterum similes fuisse: & hinc Pictor nostræ illi citharæ similem delineavit. In eo ipso Foro Rom. pulpitem erat *Rostrum* dictum. Hinc usurpatum illud: *Pro Rostri orare*: non ut inepte Accursius ait, quasi in hominum conspectu ac faciem dicere, sed in pulpito stantem orare, ut Dial. II. cum de *Victoria navali* sermo esset, declarare memini: dictumque locum quod navium rostris Antiarum instructum erat, visiturque forma in *Palicani* nummis, qui antica parte *Libertatis* exhibent effigiem. In averfa autem parte pulpitem hoc, multis fornicibus ac Columnis, & his singulis, talia rostra apposita. Pulpito autem quadrus locus impositus, cui ad populum verba facientes insisterent.

B. Quis hic *Palicanus*, & cur hanc cudid monetam ipse, aut ejus liberi?

A. Tribunum plebis fuisse auctor est *Asconius Pædianus*, qui auxiliante Cn. Pompejo, Tribunitiam potestatem a L. Sulla imminutam restituendam curavit.

B. *Iteradum* (amabo) eadem ista mihi, & copiosius explana Tribunitiam hanc potestatem

B. Que es la cabeça de un mancebo que tiene no se que cinta, ò diadema en la frente que esta en estas medallas de Puteal?

A. Por las letras se entiende ser *Bonus Eventus*: y viene à proposito, ò de las causas que en el Puteal se tratavan, ò de los comitios tributos que alli en el comitio se hazian. Plinio cuenta que Praxiteles hizo dos estatuas de marmol que estavan en Roma en el capitolio; la una deste Bonevento, y la otra de la buena Fortuna: y que Euphranor hizo otra del Bonevento, y con la mano derecha tenia una patera, y con la izquierda una espiga, y una dormidera.

B. La carcel estava alli cerca, para ver si sacavan alli la ventana de los presos como en Cordova?

A. Antes muy apartada, y entre antiquarios hai diversas opiniones donde fuesse: una Iglesia hai cerca del capitolio que dizen S. Pedro in carcere Tulliano. Alli muestran una terrible carcel qual parece que la pinta Sallustio: *Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur* &c. Esta muy apartada del foro y del comitio.

B. Que cree V. S. que es el Puteal de Cordova?

A. Una piedra de un pozo de uno que se llamava Tadeo.

B. No hai otro mysterio?

A. No que yo sepa: y el nombre de Tadeo muestra no ser cosa de Romanos ni Griegos. Pero passemos adelante.

C. Espere V. S. suplicole: en Pierio Valeriano està el debuxo del Puteal Libonis con dos vihuelas de arco una de cada lado: digame V. S. porque piensa que se pusieron alli?

A. No lo sabre decir: pero sospecho que fue error de la impressio; que claro està que no havia vihuelas de arco en aquel tiempo. Bien pudo ser que Pierio creyesse que las dos ventanas que parecen en el Puteal tuviesse talle de dos lyras antiguas, y el que hizo el debuxo penso que la lyra era vihuela de arco, como en Italiano se dize. En el mismo foro Romano hubo un pulpito dicho *Rostrum*, de donde se dize *Pro rostris orare*, no como dize Accursio delante los rostros de los hombres: sino en aquel pulpito que diximos hablando de la Vitoria naval, haver sido hecho de las proas de los navios de los de Antio, y su figura se vee en medallas de Palicano: el qual de una parte pone la cara de la libertad, y de la otra este pulpito hecho con muchos arcos, y pilares, y en cada pilar se vee que salen fuera estas proas: y en lo alto del pulpito hai un lugar quadrado, del qual se cree que oravan los que hablaban con el pueblo.

B. Quien fue esse Palicano? y porque hizo essa medalla el, ò otro hijo suyo?

A. En *Asconio Pediano* se lee que este fue Tribuno de la plebe, y que procurò con ayuda de Gneo Pompejo que fuesse restituida la Tribunitia potestad, la qual havia sido muy cercenada por Lucio Sylla.

B. Ceclareme V. S. mas essa Tribunitia potestad, que tantas vezes topo con ella en piedras,

y en medallas, y en autores, y que fue lo que quitò Sylla, y lo que restituyò Pompeio.

A. Cosa es notoria que los Tribunos de la plebe fueron instituidos para interceder, ò embaraçar solamente que à ningun ciudadano Romano se le hiziesse sobra alguna por ningun magistrado, y assi de todos los magistrados havia provocacion, ò apelacion al pueblo Romano, salvo del Dictador. Pero poco à poco los Tribunos se alargaron à hazer que el pueblo sin los senadores, y patricios por comitios tributos hiziesen plebiscitos, y tambien en los juizios que el pueblo juzgava, y en otras muchas cosas los Tribunos llevavan toda la carga, y honra, y tirania para que se hiziesse, ò no se hiziesse una cosa, ò otra, de manera que con achaque de interceder, ò embaraçar los agravios, ellos hazian los agravios que podian en daño de los nobles: y los Tribunos eran en cierta manera sagrados por muchas leyes que havia en favor dellos que nadie les osava empecer. Tanto que à Quinto Metelo Macedonico que tuvo muchos hijos consulares, y triumphales siendo Censor por haver notado à un Tribuno hombre baxo en su censura, le arrebatò por los cabeçones, y lo llevò un gran trecho para echar le de la peña Tarpeia: y lo huviera hecho sino intercediera otro Tribuno como cuenta Plinio. Mas Lucio Cornelio Sylla que era del vando de los nobles haviendose hecho Dictador perpetuo hizo muchas leyes, y en una dellas quitò à los Tribunos el poder hazer plebiscitos ni juzgar causas ni tratar otros negocios, sino solamente la sola intercession, que es un embaraço para que los magistrados no agravien de hecho à los ciudadanos Romanos. Esto llamavan haver quitado la Tribunicia potestad, ò haverla diminuido, y cercenado. Mas Pompeio, y este Palicano procuraron de tornar este poder à los Tribunos de juntar el pueblo, y hazer plebiscitos, haziendo hazer ley por la qual se revocasse la ley contraria de Sylla.

B. Estas leyes quien las hazia?

A. El pueblo Romano todo entero en comitios centuriatos, y no en los tributos la plebe.

B. Que es lo de la Tribunicia potestad de las medallas, y Piedras de Emperadores, y con tantos numeros?

A. Ya queria venir à esso: pero primero declarar porque Palicano puso la cara de la Libertad, y el pulpito dicho rostra.

B. Deve de ser, porque fue causa de tener mas libertad el pueblo Romano con poder los Tribunos desde aquel pulpito defender sus privilegios contra los nobles, y juntar sus comitios, y hazer plebiscitos, y acusar, y condenar libremente à quien quisiesen.

A. Assi es: Los Emperadores aunque eran señores de Roma, y del mundo, mas por la antiguedad del gobierno antiguo del tiempo de los Consules davan à entender que conservavan la antigua manera del gobierno, y que ellos no tenian sino el trabajo de ser Capitanes, y à las ve-

tem, cuyas frequens adeo mentio in marmoribus inscriptis in Nummis, atque adeo auctoribus: & quid, quæso, hic fustulit Sulla, quod restituerit Pompejus?

A. Notum illud, nece fugit, Tribunos plebis ad intercedendum creatos, hoc est ad impediendum, ne qua vis injuriave Romano fieret civi a Magistratibus: a quibus omnibus provocare atque appellare jus falque Pòpulo Rom. extra Dictatorem fuit. Verum labentibus annis Tribuni eo processere audaciæ, ut & populus absque Senatoribus & Patriciis Tribunis Comitii plebiscita facere auderet, & in rebus judicandis sententiam populus ferret: multis adhæc in rebus magna Tribunorum potestas crevit & dignitas, ut per vim ac tyranaidem arbitrato suo aut illud agerent, adeo ut intercedendi vimque depellendi nomine, vim ipsi maximam nobilibus identidem inferrent. Erant tamen sacri Romæ Tribuni, legum quarundam pro ipsis latorum auctoritate obsistere ut illis auderet nemo. Q. enim Metellus Macedonicus, & si filios haberet Consulares ac Triumphales, Censor ipse, quod in Censura sua Tribunum quendam fortis infimæ notasset, ab eo obtorto collo raptatus tractusque est, ut e Tarpeja rupe præcipitandus fuisset, nisi alius continuo Tribunos intercessisset, ut auctor est C. Plin. Verum L. Corn. Sulla nobilium studiosus, Dictator jam perpetuus renunciatus, leges plurimas tulit: in his, Tribuno plebiscita condendi potestatem ademit, judicium quoque ceteraque negotia: Intercessionis dumtaxat jus reliquit, qua prohibere possent; ne quam civi Rom. vim Magistratus inferrent. Quo factum est ut imminutam a Sulla Tribunitiam potestatem audieris: sed Cn. Pomp. & de quo verba facimus, *Pelicanus* eandem restituentem curarunt; ut vocato in concionem populo, & plebiscita facere possent, lata nimirum lege, quæ Sullanæ legi obrogaret.

Lib. VII.  
Nat. Hist.  
cap. 44.

B. Ecquis leges hujusmodi ferebat?

A. Populus Romanus in Centuriatis Comitiiis, non autem plebs, neque Tribunis Comitiiis.

B. Nunc dic, ecquid *Tribunitia potestas* est certis numeris Imp. in nummis ac lapidibus attributa?

A. Eo ibam, ut dicerem, sed illud prævertendum, cur *Libertatis* imaginem *Pelicanus* cuderit, ac *Pulpitum*: Qui locus *Rostra* diceretur.

B. An idcirco fortasse, quod populo Rom. liberum jus impetrasset, quo in hujusmodi pulpito Trib. verba facientes plebem adversus nobiles tueri, Comitiatque indicere, plebiscita facere, accusare denique, atque adeo damnare libere possent.

A. Omnino, ut dicis. Cæsares vero, et si Romæ totiusque adeo orbis terrarum summum tenerent imperium, tamen quod Consulatum antiquissimum esset Magistr. veterem quoque administrandæ Reip. tenere modum præferebant, quasi præter onera atque imperandi domi mili-

tiæque labores, nihil haberent: & hinc *Consules* sese interdum etiam *Censores* ( qui Magistr. a populo darentur ) dicebant. Sic Jul. Cæsar *Dictatoris* nomen & *Consulis* assumpsit: Octavianus quoque Augustus idcirco imperii initio *Triumvirum* se *Reip. constituendæ* ( quo nimirum collapsam rem Romanam instauraret ) cum M. Lepido, & M. Antonio seipse vocabat, cu-debatque non perpetuo sed quinque dumtaxat annis, quibus etiam elapsis prorogata totidem annis dignitas est. Lepido autem abdicante, extinctoque Antonio Augustus diu *Imperatoris* nomine præfuit, lege lata, quæ a nostris est *Jureconsultis Lex Regia* dicta, qua summam ei populus Rom. imperandi potestatem attribuit.

B. Exstantne *Regiæ* istius *Legis* verba.

A. In æde S. Joannis Lateranensis, pars ultima illius legis Romæ legitur, qua Vespasiano imperii ea auctoritas tribuitur, qua usi antea Augustus, Tiberius, ceterique ordine Cæsares. Fuit tempus cum imperitum vulgus diceret tabulam illam Pontii Pilati sententiam continere. Fertur & Antistius Labeo, qui Aug. æqualis summus Jurisconsultus existit, Legis hujus vi nihil plus Regibus auctoritatis concessisse, quam verba hujus Legis similiaque, & Senatus consulta darent. Cumque hoc nomine Augustis interdum oppedere ac derogare videretur, demens est habitus. Hinc Flaccus: *Labeone infanior omni*. De quo etiam plura opinor Corn. Tacitus retulit. Altera item, qua præferebant tegebantque merum imperium, *Pontificis Maximi* auctoritas erat, *Tribunitia* quoque potestas: utraque enim re inviolati esse & in honore culti studebant: quales antea *Tribuni plebis* juxta ac *Pontifices* fuissent.

C. Sed erantne *Impm. temporibus Romæ Tribuni plebis*?

A. Erant profecto, ut intercedere nonnunquam auderent, ac resistere Imperatori aut Senatus. Ejus rei argumento sit, quod Cæsaris statuar coronam impositam tollere Tribuni non dubitarent. Adhæc Metellum Tribunum, Julio Cæsare pecuniam ex ærario sumere volente, intercessisse. Plinius quoque Trajani temporibus in epist. refert, quæ in Senatu acta essent intercessisse Tribunum, & ne qua vis ei fieret opem pollicitum. Verum, ut quod res est dicam, *Tribunorum* jam & *Consulum* auctoritas plane imminuta.

C. Cur non *Tribunos* se, ut *Pontifices*, appellabant Augusti?

A. Quod *Pontifices* non nisi Patricii aut Senatores fierent: *Tribuni* non item ex hoc ordine creabantur; & vero primi Cæsares Patricii omnes fuerunt, gentis *Juliae* & *Claudiae*.

B. Reliquum est, ut de numeris adscriptis aliquid adferas.

A. Imperatores omnes plerumque, dempto Julio Cæsare, omnis illius potestatis experte, &

Au-

zes Consules, y algunas Censores: lo qual todo se solia dar antiguamente: y assi Cesar tomo titulo de Dictador, y de Consul, y Augusto primero de *Triumviro Republicæ constituendæ*, que era para poner la Republica Romana en buen estado juntamente con Lepido, y Antonio: y esto no perpetuamente sino por cinco años, y despues de estos cinco se alargo para otros tantos: despues haviendo Lepido dexado el gobierno, y muerto Antonio, governo Augusto con titulo de Emperador por cierto tiempo por una ley que se hizo, que nuestros Jurisconsultos llamaron *Lex Regia*, por la qual el pueblo Romano le da muy grandes poderes.

B. Hallanse las palabras dessa ley Regia?

A. En San Juan de Letran de Roma esta la postrera tabla de la ley Regia por la qual se dio el gobierno al Emperador Vespasiano de aquella manera como lo tuvo Augusto, y Tiberio Cesar, y otros Emperadores: y la tabla yo la he visto: y otro tiempo se dezia que era la sentencia de Pilato, y estava puesta cabeça abaxo, y la besavan por reliquia sin saber lo que era. Dizese que Antistio Labeon un gran Jurisconsulto del tiempo de Augusto por causa desta ley no queria, que el Emperador pudiesse mas de lo que por palabras destas, y otras leyes, y senatusconsultos le era dado, ò permitido al Emperador: y porque muchas vezes con esta ocasion mostrava ser devoto contrario al gobierno del Emperador, le llamavan loco: y assi dize Horacio *Labeone infanior omni*: y creo que Cornelio Tacito lo escribe mas largamente. En otras cosas con que disimulavan, y encubrian su poderio absoluto era con el hazerse *Pontifices Maximos*, y con recibir la tribunicia potestad, y con entrambas pensavan que les tendrian mas respeto como lo tenian antiguamente à los Tribunos de la plebe, y los Pontifices.

C. Huvo Tribunos en tiempo de los Emperadores?

A. Si huvo, y algunas vezes se atrevian à querer contradecir, ò interceder contra la voluntad del Emperador, ò del Senado: veese por lo que hizieron en tiempo de Cesar de quitar una corona que havian puesto à una estatua de Cesar: y por lo que hizo un Metelo Tribuno quando queria Cesar sacar el dinero del erario de Roma: y en las epistolas de Plinio esta relatado lo que se hazia en un Senado en tiempo de Traiano, y como un Tribuno contradixo, y prometio de dar ayuda à uno que se le hazia agravio. Pero la verdad es que todo su poderio, y el de los Consules era como no nada.

C. Porque no se llamaron los Emperadores Tribunos como se llamavan Pontifices?

A. Porque el Pontificado se podia dar à patricios, y senadores, mas no el Tribunado: y los primeros Emperadores eran patricios como eran los de la familia Julia, y Claudia.

B. Queda por dezir lo de los numeros.

A. Ordinariamente los otros Emperadores, salvo Julio Cesar que no tuvo esta potestad, ni

Au-

Sueton. in  
Julio Cæs.  
cap. 79.  
Plin. lib. 1.  
Epist. pe-  
mult.

Sueton. c.  
79.

Augusto que la tomo tarde, y Tiberio que la tomo en vida de Augusto, y muerto Marco Agripa el qual tambien la tuvo: todos los demás contraron sus años del imperio por el numero de la Tribunicia potestad: y assi quando se lee un numero de la Tribunicia potestad, se entiende ser aquel año de su imperio, y la segunda, ò tercera vez, ò otra conforme al numero que el tiene aquel poderio.

B. Y los numeros que hai despues de la palabra *Imperator* no quieren dezir los años del imperio, ò del haverse llamado Emperadores?

A. Esse nombre Emperador no es nombre de magistrado como es Dictador, Consul, Censor, Tribuno: sino es nombre, que se alcançava antiguamente con haver alguna vitoria señalada, y por ella haverle dado al Capitan general los soldados aquel titulo: y assi se halla que lo usó Ciceron, y otros muchos.

B. Y que batallas vencio Ciceron? la conjuración de Catilina?

A. No señor: sino quando Proconsul de Cilicia alcanço cierta vitoria de poca importancia, y entro por fuerza un lugar pocas vezes nombrado: y con todo esso pensava triumphar sino lo estorvaran las guerras civiles de Cesar, y Pompeio.

B. Como havia algunos Emperadores que nunca fueron à la guerra, y se llamavan IMP. III. ò IV. ò mas numeros?

A. Bastavales que sus Capitanes huviesen alcançado aquellas vitorias, pues todo lo que los soldados vencen se atribuye al Capitan general que era el Emperador. Mas tornemos à los edificios.

B. Que es en un roverso que he visto de Neron un edificio con muchas columnas con unas letras MAC. ò MAG. AVG.

A. Poco se yo desse roverso: pero dire lo que dezian en Roma: los que leian MAC. dezian que su entera palabra era *Macellum*; otros que leian MAG. dezian que era *Magna Augusti domus*, que es la que otros llaman *Domus aurea Neronis*.

B. Que cosa era el Macello? donde se vendia la carne? y porque se dezia?

A. Muchas otras cosas de comer se vendian en el Macello, y como dize Festo si bien me acuerdo, se dixo por un sobrenombre semejante de un Romano cuya era aquella casa, ò lugar primero: y creo que fue confiscada por justicia haviedo sido salteador de caminos su dueño.

B. A mi me parece que no merecia tan buen edificio como se vee en la medalla esse lugar.

A. Pues digamos: que era la casa tan grande y tan nombrada de Neron, de la qual dixerón aquellos versos graciosos que pone Suetonio:

*Roma domus fiet: Vejos migrate Quirites:  
Si non & Vejos occupat ista domus.*

C. Porque està en estos versos el nombre de *Vejos*? tiene algun mysterio?

Tom. VIII.

A. Addit Othavianus Sada: E credo di aver qui la Medaglia, la quale voglio mostrare a V. S. ed eccola.

Augusto, qui serius accepit, ac Tiberio superstitte etiamnum Aug. & M. Agrippa humanis jam rebus exempto, Tribuno plebis antea, annos imperii numeris *Tribunicia potestatis* designabant. Quare si *Tribunicia potestatis iterum, tertium, quartum*, & deinceps notatur, totidem imperasse annos significat.

B. Sed numeri qui post Imp. nomen collocantur, nonne imperii annum, aut ex quo Imperatores appellati sint, designant?

A. Imperatoris nomen, ne erres, non Magistratum designat, ut Dictatoris, ut Consulis, ut Censoris, ut denique Tribuni: sed parta demum victoria de hostibus dari primum solet, & milites hoc titulo summos belli duces *Imperatores* acclamabant. Sic M. Tull. *Imperator* aliique nominati.

C. Quo, quæso, proelio Cicero victor? an Catilinæ conjuratione?

A. Minime vero: Nam C. *Antonius* ejus collega conjuratos caesos superavit: sed ille Ciliciæ proconsul victoriam, at perexiguam, nactus est, occupato armis ignobili vico. Triumphaturus tamen videbatur, si per civilia arma Cæsaris ac Pompeii licuisset.

B. Qua ratione *Imperatores* quidam appellati, qui numquam bella gesserunt; vocanturque in nummis IMP. III. aut IV. sæpiusve?

A. Satis illis visum si auspiciis suis duces alii rem gessissent, victoriamque retulissent. Militum enim res præclare gestæ ducibus adscribi solent quales erant Imperatores: sed ad *Ædificia* redeamus.

B. In Neronis nummis *ædificium* cernitur multis columnis, ac peristylis; inscriptumque MAC. aut MAG. AVG. quale id tandem est? (a) (\*)

A. Equidem non facile dixerò: Romanorum tantum, Romæ cum essem, suffragia colligam. Qui MAC. legebant, *Macellum* interpretabantur: qui vero MAG. hi *Magna Augusti domus*, quæ ab aliis *Domus aurea Neronis* dicta.

B. *Macellum* quid Romæ? an locus ubi caro venit? & unde ductum nomen?

A. In *Macello* non caro modo, sed & *eduliorum* omne genus vendebatur \*. Festus Pompejus, quantum commemini, a civis Romani nomine, cujus primum ea domus fuit, derivat, publicata illa domo, quod latrocinium dominus exercuisset.

B. Hujusmodi carniæ locus tam splendido, quam in nummis visitur, *ædificio* minime egebat.

A. Igitur magnâ illam celebremque Neronis domum fuisse dicamus, in quam hoc, quod apud Suetonium *Tranquillum* exstat distichon, ferebatur:

*Roma domus fiet; Vejos migrate Quirites:*

*Si non & Vejos occupat ista domus.*

C. Cur in his versibus *Veji* nominantur? num quid hic latet?

A.

L.

A.

\* Plutar. in Problem. XLIII. 38.

A. Non abs re est. Capta enim direptaque Gallis Roma usque eo ruinis deformata erat, ut relicta urbe *Veios* commigrare cives vellent. Verum cum super hac re ad Senatusconsultum faciendum convenissent audita vox est: *Hic maneamus*.

C. Cujus ea vox? an idoli cujusdam?

A. Non, sed militis, qui extra templum, ubi Senatus convenerat excubabat, imperabatque gregalibus, ut una subsisterent dum templo Senatores digrederentur. Valuit autem vocis illius vis temporibus tunc accommodata, migrare ut *Veios* nollent. Qualia fere Latini *Omina* appellabant, exstantque plura in Cicerone libris *de Divinatione*, & Valerio Maximo lib. I. Memorabilem. Vidimus adhuc in T. Didii nummis *villam publicam* cuius, qui locus in Campo Martio erat, juxtaque Comitia centuriata habebantur: de qua villa & M. Varro pluribus agit libris rei rusticae; exstatque nummus in Fulvii Ursini *Familiis Rom.* Agerem nunc de *Templis Deorum Dearumque*, sed nota res iis est, qui non admodum sunt in studiis hospites: & alio me vocant negotia, officii, dignitatisque meae momenti longe majoris.

Cap. Siginus in T. Livium.

A. No está sin causa. Porque despues de saqueada, y destruida Roma por los Gallos estava Roma tan perdida, que hallavan que era mejor desamparalla, y passarse à *Veios*, sino que quando se juntaron para hazer un senatusconsulto sobre ello, oyeron una boz que dezia, *Hic maneamus*: ò otra cosa famejante.

C. Cuya fue aquella boz? de alguno de sus idolos?

A. No sino de un soldado que con cierta gente estava fuera del templo donde se tenia el senado, y querria dezir que esperassen en aquel lugar hasta que saliesen del templo los senadores. Fue de tanta fuerza aquella palabra dicha tan à proposito, que no osaron passarse à *Veios*. Esto llamavan en Latin *omen*: y ponen muchos exemplos Valerio Maximo: y Ciceron dellos. De la villa publica que estava junto à donde se tenian los comitios centuriatos en el campo Martio se vee la figura en medallas de Didio, trata della largamente Varron en los libros *de re rustica*, y Fulvio Ursino pone su retrato. Queda agora hablar de los templos, y de los dioles, pero son cosas tan conocidas que no hai para que hablar dellas: y yo tengo otros negocios por agora de mas importancia que son mas de my profesion, y dignidad.

#### DIALOGUS QUINTUS (a).

*De Animalibus rebusque Deorum sacris.*

Dialog. III. B. **P**romiseras nuper memini, iterum de *Sphinge*, aliisque Animalibus fere ignotis dicturum Te: Nunc, ut promissa appareant, fidemque liberes, rogo quæsoque, ut Nomismata, eorundem utilitas clarescant magis ac magis.

A. Hoc tantum recipio, non explicaturum me singula, sed quid censeam in apertum tibi prola-

#### DIALOGO QUINTO.

*De los Reversos de los animales, y de otras cosas, que se dan à los dioses de los Gentiles.*

B. **V**S. me remitiò los dias passados à dezir otro dia de la esphyngé, y de otros animales poco tratados, y conocidos: yo pido agora la palabra, pues V. S. la tiene prendada en declarar los reversos, y provechos de las medallas.

A. Yo nunca prometo declarar nada, sino dezir my parecer: y esta materia de animales en medalla-

#### (a) DEORUM SERIES.

Jupiter. Juno. Neptunus. Pallas. Venus. Apollo. Hercules.

#### ANIMALIA DIIS SACRA.

Aquila Jovi sacra, Pavo Junoni. Columba Veneri. Caper Mercurio. Tigris Baccho. Serpentes alati, Cerei. Serpentes sine alis, Æsculapio. Leo Cybelæ. Canis & Cervus Dianæ. Equus & Delphinus Neptuno.

#### INSTRUMENTA DEORUM.

Jovis fulmen. Neptunij tridens, Mercurii caduceus & petasus, Martis arma ac lorica. Minervæ galea, & scutum cum Gorgone. Apollinis lyra & tripus. Herculis clava, & Leonis pellis cum cyatho, item arcus & sagittæ. Isis fistrum, Cybeles crotalum.

#### ARBORES DIIS SACRÆ.

Quercus Jovi. Myrtus Veneri. Vitis Baccho. Pinus Cybelæ. Populus alba Herculi. Olea Minervæ. Laurus Apollini. Edera Baccho. Spica frumenti & papaver Cereti. Punica mala Proserpinæ. Cotona Herculi. Uva Baccho.

#### PARERGA.

Pegasus. Clava, & pellis Herculis. Trabea. Sinus. Sphinx. Harpyje. Purpura, que Coccus. Musa. Tripus Apollinis. Pythia. Scylla & Charybdis. Νεωκόρων. Minotauri fabula. Labyrinthus. Centauri. Ulpiani, & Corn. Taciti loci collati.

dallas tiene dos dificultades, la una es conocerlos; la otra saber porque estan puestas en los reversos. Algunos animales hai que son muy conocidos; como el aguila, el leon, la culebra: pero puede no saberse si aquella ave es aguila, ò buitre, ò cuervo, ò paloma, ò papagayo, ò el pico Marcio del qual hablamos el otro dia: especialmente si la medalla no es de buen maestro: la otra dificultad es saber porque se puso en la medalla. Para esto sirven muchas medallas chiquitas de metal que yo tengo con dos letras S. C. y parece que servian de asses como agora de blancas en Castilla, y dineros en Aragon: fino que deziseis asses era un denario, y veintiquatro dineros, ò sesenta, y ocho blancas hazen un real: y el denario de Romanos era de siete à la onça de plata, y los reales son de ocho à la onça poco mas, ò menos. En estos que llamo asses, esta de una parte Jupiter, digo su cara; y de la otra una aguila: y assi Junon, y un pavo, Venus y una paloma, Marte y un gallo, Apollo y un grypho, Minerva y una lechuza, Mercurio y un cabron.

B. Podrase hallar la razon porque mas se da aquel animal al uno que no al otro?

A. Yo no se razon que concluya: pero el uso recebido de Griegos, y Latinos es desta fuerte que estos animales eran dedicados à estos vanos dioses: y assi tambien las tigres à Bacho, las serpientes con alas à Ceres, los leones à Cybeles, los perros, y los ciervos à Diana: los cavallos à Netuno, las culebras sin alas à Esculapio, los delphines à Netuno. De algunas destas cosas se hallaran en las fabulas de Ovidio algunas ficiones. Lo mismo podemos dezir de los arboles que algunos son dedicados mas à unos dioses que à otros, como la enzina à Jupiter, el arrayan à Venus, la vid à Bacho, el pino à Cybeles, el alamo blanco à Hercules, el olivo à Minerva, el laurel à Apollo, y assi de otras plantas: como la yedra à Bacho, las espigas de trigo, y dormideras à Ceres: y de frutas la granada à Proserpina, las mançanas, ò membrillos à Hercules, las uvas à Bacho: y ya que he comenzado esta materia, no quiero dexar de dezir que en las mismas medallas se hallan otras señales propias de los mismos vanos dioses, que muchas vezes se topan en otras medallas, y algunas no se entienden, y otras son muy claras: como es el rayo de Jupiter, el tridente de Netuno, el caduceo de Mercurio, ò su galero con alas, las coraças de Marte, la galea, y el clypeo de Minerva, ò su Gorgone, ò Medusa que trahia en los pechos, la tripode, ò la lyra de Apollo, la clava, y pellejo de leon, y un vaso de beber de Hercules, ò su arco, y saetas; el sistro de Isis, el crotalo de Cybeles: ahunque estas dos postreras no estan alli, fino en otras medallas. De todo lo que he dicho se sacara declaracion de muchas cosas que estan en medallas solas sin letra alguna. Como digamos en una medalla creo que es del Emperador Pio Antonino, esta una aguila entre un pavon, y una lechuza; diremos que señala su devocion à

laturum. Animalium enim hæc in nummis tractatio duabus de causis perdifficilis videtur; cum ad cognoscendum & inter se distinguendum Animalia, tum ad divinandum cur in nummis cusa sint. Quædam enim Animalia cognosci quidem possunt, ut aquila, ut leo, ut serpens, sed fieri potest, ut ægre aves discernas, an aquila sit, an vultur: corvus an columba: pſitacus an picus Martius, (de qua ave nuper sermo fuit) præsertim si a rudi sint artifice cusi nummi. Altera, ut dixi, difficultatis causa est, quod divinandum sit cur Nomismati impressum Animal. Quo in genere parvi sunt nummi plurimi ærei duabus hisce inscriptis literis S. C. & *Asse* valuisse apparet, ut hodie in Castellæ regno *Blanca*, qui apud Aragonios nostros *Denarii* vulgo nominantur; nisi quod sedecim asses Denarium æquabant, nostri vero Denarii vigintiquatuor, aut blancæ sexaginta octo regalem efficiunt nummum. Romanorum adhæc temporibus septem argentei denarii unciam, Regales vero octo, unciam plus, minus efficiunt. In assibus illis hinc Jovis caput est, illinc aquila insculpta. Junoni vero pavo tribuitur, Veneri columba, Mercurio caper.

Dialog. III.

B. Reddine ratio potest, cur uni potius quam alteri Deo quodvis animal tribuatur?

A. Evidentem reddere rationem nequeo, præter usum Græcorum, Latinorumque, a quibus animalia vanis Diis sunt consecrata. Sic tigris Baccho sacer: Cereri serpentes alati, & sine alis Æsculapio: Cybelæ leo, Dianæ canis & cervus: Neptuno equus & delphinus consecrati: de quibus & in Metamorphosi Naso fabulatur.

De arboribus ad eundem modum. Quædam enim singulis Diis sacræ, ut Jovi quercus: myrtus Veneri: vitis Baccho: pinus Cybelæ, populus alba Herculi, Minervæ olea, Apollini laurus, similesque stirpes ac frutices: ut Baccho edera; frumenti spica, & papaver Cereri. Fructuum vero Punica mala Proserpinæ: cotonea Herculi, Baccho uva consecrata. Cum vero de his differere cœperim, illud non prætermittendum, in iisdem nummulis spectari & alia inanum Deorum signa, in aliis quoque nomismatis interdum occurrentia. Horum alia intellectu sunt difficilia, alia vero perspicua, ut Jovis fulmen, tridens Neptuni, Mercurii caduceus, & petasus alatus: Martis, arma, ac lorica: galea Minervæ & scutum, cum Gorgone, hoc est Medusæ capita. Tripus quoque & lyra Apollinis: clava quoque, & leonis pellis cum cyatho Herculis; item arcus & sagittæ: Isis sistrum, crotalum Cybeles: tamen hæc duo non in parvis sed majoribus videntur nummis. Hæc a nobis dicta lucem aliquam adferent nummis ita absque literis signatis: ut nuper dicebamus Nomisma extare Antonini Pii, ni fallor, & aquilam spectari inter pavonem & noctuam: significare nimirum Jovi, Junonis, ac Palladis numini majestatique, quibus hæc sacræ sint aves, devotum fuisse. Samii apud Græcos pavonem in nummis cudebant: Paphi incolæ columbam, Athenienses noctuam (\*): Samii Junonis se studiosos fuisse ostendunt, ut Virgilius canit:

Athen. lib.  
14. cap. 25.  
Jul. Polit.  
lib. 9. c. 6.  
Pausan. in  
Corinthiacis.  
(\* ) Tab.  
XLIII. 1.  
2. 3. 4.

Iu.

L 2

Quam

*Quam Juno fertur terris, magis omnibus unam*

*Posthabita coluisse Samo* — .

Idem poeta myrtum Veneri in Papho cultæ facram fuisse in Georgicis ait :

— *Solido Paphiæ de robore myrtus.*

*Æn.* 1. 419. Alibi vero de Veneri :

*Ipsa Paphum sublimis abit, &c.*

*Æn.* 6. 193. De columbis ab Ænea visis :

*Maternas agnoscit aves* — .

Palladi vero noctuam dedicatam, ideoque Athenis cultam Proverbio dicitur : *Noctuas Athenas* ; quod non modo de pecunia sic insignita usurpatum, sed de multis noctuis stulta quadam devotione Athenis Atticis Minervæ offerri solitis.

B. Paulatim malim ac singulatim hæc traderes, quo & melius intelligantur & memoriæ mandentur.

A. Existimabam equidem aut dicta hæc jam esse, aut vulgaria, notaque omnibus, nihil ut immorari necesse foret, cum eadem & Lilius Giraldus libro de cognominibus Deorum, & in Hieroglyphicis Pierius Valerianus, aliique traderunt qui nomismata veterum explanarunt, perspicua ut sint jam pronaque omnibus. Etsi hic mihi, quod cerasa edentibus, usu venit, qui dum terna, quaternave e catino extrahunt, plura simul hærentibus invicem ramusculis auferant.

B. Jovi jam tribuisti aquilam, ac fulmen : de arboribus vero quercum. Ejus rei rationem velim reddas, & auctoritate fulcias.

A. Jam diximus nullam in his valentiorum esse rationem usu, ac consuetudine. Rationes tamen adferam alias, quæ me nuper forte fugerunt, & ab aliis usu peritioribus accepimus. Jovi aquila idcirco dedicata, quod in Creta insula, ubi est natus, aquilæ nido reperto aucupium primus hinc invenit ; & quod in Alexandri Magni, aliique Græciæ nummis aquilam dextra velut auceps gestat (\*).

(\*) *Tab.*  
*XLIV.* 5.  
6. 7.

B. Si in ceteris tam efficax ratio proferatur, nullo negotio assentiar.

A. Rationem hanc alii reddunt, quod avium regina aquila sit : quia robore præstet, quomodo & Jupiter ceteris antecellat Diis. Verum justius ita Leo attribueretur quadrupedum animalium princeps : aut certe Regulus avicula quam *Scricciolum* Itali nominant. Veniamus ad alia : ut cur in nummis alatum *fulmen* tribuatur, & trifidum, cujus una acies instar est sagittæ. Hinc fortasse, quod fulmina non recte, sed oblique jaciuntur, punctisque diversis excurrant, ut malleoli solent, aut flammæ instar : qualia non modo cum Jove depingebantur, sed & in militum

cly-

Jupiter, Junon, y Minerva cuyas son aquellas aves. Los de Samo Griegos ponen pavos en sus monedas, los de Papho palomas, los de Athenas lechuzas : diremos que los de Samo son devotos de Junon, como se vee en Vergilio:

*Athen.*  
*lib.* 14. c. 25.  
*Jul. Pollux,*  
*lib.* 9. c. 6.

*Quam Juno fertur terris magis omnibus unam*

*Posthabita coluisse Samo* — .

El mismo Poeta muestra que el arrayan era de Venus, y que se celebrava en Paphos, quando dize en las Georgicas :

— *Solido Paphiæ de robore myrtus.*

y en otra parte hablando de Venus :

*Ipsa Paphum sublimis abit &c.*

y de unas palomas que vió Eneas dize :

*Maternas agnoscit aves* — .

